AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1984

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI

PRAEFATIO IN LEGES CICERONIS

ET

AEDES LEGVM

EDIDIT

CONSTANTINVS MATHEEVSSEN



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1984

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE
HVIVS TEMPORIS
REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

1. Auflage

VLN 294/375/10/84 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,

Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97

Bestell-Nr. 666 179 5

01500

CONTINENTVR HOC VOLVMINE

Praefatio VII

Epistula dedicatoria ad Martinum Pontium 1

Praefatio in Leges Ciceronis 2

Aedes legum 16

Index nominum 31

Index locorum 33

PRAEFATIO

In hoc libello continentur: a) Epistula Vivis Martino Pontio; b) In Leges Ciceronis praefatio; c) Aedes legum; quas lucubratiunculas ideo uno in corpusculo edendas curavi, quod eas Vives coniunctas ipse voluit; v. epist. 1–2: 'Ponti, iuris et humani et divini consultissime, tuarum ad te legum Aedem scribo; ... ac ut sciatur quatenus in hoc de legibus sermone progredi philosopho liceat, praeposui Praefationem quandam ad Leges Ciceronis.'

Ad textum constituendum codices manu scripti utiles desiderantur. invenitur quidem locus ex Aede legum excerptus, id est oratio atriensis senis annosissimi ('o quam filie ... com Fugia assererent' = aed. 6–10), in cod. ms. Bruxellensi 9853–9864 (fol. 19ᵛ–20ᵛ) descripta; sed illa descriptio, saeculo XVII facta, quae editione Basileensi a nobis siglo **B** notata manifeste nititur, nobis nullius est momenti. vide de cod. Brux.: J. Van den Gheyn, Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique, III: Théologie, Bruxelles 1903, sub num. 1792 (p. 132–133).

Adhibendi itaque sunt uni libri typis impressi. illi in duas discedunt classes, quarum altera ex sola editione Lovaniensi (**L**) constat, altera ex duabus impressionibus, Basileensem (**B**) dico et Valentinam (**V**).

L legimus fol. Divʳ – Givʳ libelli qui inscribitur: Ioannis Lodovici Vivis Valentini Opuscula varia, Lovanii, in aedibus Theodori Martini Alustensis, s. d. (= 1519); v. Nijhoff – Kronenberg, Nederlandsche bibliographie, I, sub num. 2172 (p. 770). huius libelli pauca exstant exemplaria (v. Matheeussen, De omstreden datering, adn. 6): eorum duo in Bibliotheca Regia Bruxellensi inter impressos pretiosos asservantur; utroque ad hanc editionem conficiendam sum usus; alia aliis consulas locis: Antverpiae (in Bibl. Vrb.), Cantabrigiae (in Bibl. Vniv.), Londinii (in Mus. Brit.), Matriti (in Bibl. Nat.), Novi Eboraci (in Bibl. Publ.), Oxonii (in Bibl. Bodl.).

Vt **L** singulari classi assignarem his praecipue rationibus sum adductus: primum epistulam dedicatoriam tantummodo **L** praebet; deinde partes corpusculi tantum in **L** recto disponuntur ordine; demum in sola editione Lovaniensi Aedes legum inscribitur 'ad *eundem* Martinum Pontium'. ceterum lector sciat textum ipsum huius classis textui alterius familiae quam proxime accedere.

Alterius classis prior testis est editio Basileensis (**B**) notissima Vivis Operum (anni 1555, ex officina Nic. Episcopii iunioris), tomi primi p. 286–292 (= Praelectio in Leges Cic.) et p. 301–306 (= Aedes legum);

posterior est editio celeberrima Omnium Vivis operum Maiansiana Valentiae Edetanorum typis excusa annis 1782–1790, quae Praelectionem in Leges Cic. praebet p. 494–507 tomi quinti (anno 1784 promulgati), Aedem autem legum p. 483–493 eiusdem tomi.

B et **V** omittunt epistulam nuncupatoriam et inscribunt Praefationem in Leges Ciceronis, quam nesciunt eidem Pontio dedicatam, ut Praelectionem. quod autem **V** alio ordine ac **B** opuscula posuit, nullius ponderis est: Maiansius enim Opera Vivis omnia sibi propria ratione, ut ex eius editionis titulo pleniore cognoscas, 'in argumentorum classes praecipuas ordinavit'. ceterum non dubitari potest quin vir doctus ille editione Basileensi nostrorum opusculorum nixus sit; scripsit enim (p. 37 tomi primi): 'Martinus (non Martius, ut in typis Episcopii legitur) Pontius iureconsultus Valentinus . . .'.

Quia altera textus familia ex editionibus quae post Vivis mortem (anno 1540) prodierunt constat, inquirendum est quo teste nostrorum opusculorum impressio Episcopiana sit nixa. veri simillimum est, mea quidem sententia, Episcopium priore editione Basileensi usum esse, eam dico quae anno 1538 prodiit atque inscripta fuisse videtur: I. L. Vivis Valentini Diversa opuscula. quod volumen olim laudaverunt vir doctus Lovaniensis Namèche anno 1841 (Mémoire sur Vivès 92) et anno 1871 Vanden Bussche Brugensis (Jean-Louis Vivès 45), licet eorum hac in re testimonia leviter inter se differant. huius re vera libri quamquam nullum hodie novimus exemplar, certiora tamen indicia vestigiaque exstant quam ut numquam fuisse credamus. nam quae referuntur a Namèche (e quo pendere videtur Vanden Bussche) omni fide digna et accurata esse videntur. dubitari vix potest quin librum viderit in vetere bibliotheca Lovaniensi, quae anno 1914 incendio deleta est. quo incendio, ni fallor, liber interiit una cum aliis quos certo scimus id temporis solos fuisse qui in publica bibliotheca superessent. insuper et aliud testimonium confirmat Namechium: infuisse in Diversis opusculis videtur lucubratiuncula cui titulus Praelectio in convivia Philelphi (Namèche 92; Vanden Bussche 58); exstat autem illius opusculi editio Coloniensis anno 1537 typis mandata (v. J. Estelrich, Vives. Exposition organisée à la Bibliothèque Nationale, Paris 1941, sub num. 121), quae tamen adeo a textu quem legimus in Operibus anno 1555 Basileae excusis (p. 293–294 tomi primi) differt, ut etiam ad hanc Praelectionem promulgandam Episcopium alia editione ac illa Coloniensi usum esse necesse sit; etenim Episcopii versio tertia parte longior est quam Coloniensis. quae cum ita sint, Diversa illa opuscula ad hanc difficultatem removendam sunt aptissima.

Hactenus de recensione. de constitutione textus brevis esse possum. in adnotatione critica id egi ut, si quando inter testes oritur dissensio, idoneos omnes adhibeam; ubicumque variationes alioqui aequa lance librantur, testem **L** aliis anteposui. mera menda typographica variasque

lectiones quae ad orthographiam tantum spectant omisi, exceptis autem paragraphis aed. 5–10, quia Vives hoc loco colorem vetustatis cuiusdam consulto verbis obduxit, item paragrapho aed. 11, in qua gradatim ad sermonem usitatiorem recentioremque revertitur noster.

Subiunxi et apparatum fontium. in praef. 8–12 (= disputatio de doctrinis philosophicis) et praef. 27–36 (= vita Ciceronis) non omnes quidem fontes laudavi qui adduci possunt, sed eos tantummodo qui fontem quendam sententiarum praebent. ad aed. 5–11 (= oratio senis annosissimi) apparatus fontium eo spectat ut interpretationi consulam.

L et **V** marginalia exhibent, sed diversa. utraque autem, quia paucis verbis verba plerumque ex ipso textu repetentibus continentur, omittenda putavi.

In textu interpungendo distinguendoque illud spectavi ut sententiarum ordinem quam planissimum lectori redderem. quod ad orthographiam pertinet, eidem lectoris commoditati navavi operam. quam ob rem perspicuitatis causa variationes orthographicas quae saeculo XVI eodem modo pronuntiabantur omnes ad unam normam redegi; sic scripsi e. g. semper eodem modo *circumsaeptus* (et sim.), *concilium* (= coetus), *cumque* (et sim.), *coetus*, *exstare* (et sim.), *numquam* (et sim.), *rettuli* (a refero = reporto) . . .: interdum autem varia orthographia, quia vocem formamque ostendit recentiori latinitati propriam, servanda est; huiusmodi sunt: *conscribellare*, *facessere*, *hornus*, *intelligere*.

De tempore quo Vives composuit opuscula quae in hac mea editione legas, dissentiunt viri docti. mea quidem sententia nullum argumentum firmum afferri potest contra ea quae legimus in calce epistulae nuncupatoriae: 'Lovanii, mense Aprili MDXIX'. plura de hac quaestione disserui in duobus commentatiunculis: De omstreden datering, et: The Date of the Opuscula varia. his addam pauca. legitur in praef. 19 nomen Theut; hoc quidem loco Vives verba Ciceronis nat. deor. 3, 56 manifeste recordatus est; apparatum autem criticum ad hunc locum in editione Teubneriana anno 1933 a W. Ax confectum si quis inspexerit, varias lectiones huius dei nominis exhibentem inveniet; quo apparatu docemur lectionem Theut in editione Ascensiana altera anno 1521 excusa primo commendari. quae tamen res non significat Opuscula varia post hunc annum prodiisse Lovanii; nam compertum habemus Vivem formam Theut iam prius apud Platonem (Phaedr. 59) legisse et opusculo quodam inseruisse: v. quae in app. crit. ad praef. 19 adnotavi.

Sunt et quaedam mihi de latinitate Vivis dicenda. nostrum inter coryphaeos renascentium litterarum Latinarum numerandum esse nemo non asseverat, licet aliquando obscurius scripserit. utriusque rei testificationem in epistula quam Thomas Morus Erasmo suo misit legas (v. P. S. Allen, Opus epist. Erasmi, IV, Oxonii 1922, sub num. 1106, lin. 100–106): 'quiddam est, mi Erasme, de quo si mihi notus esset Vives,

admonerem illum; nunc quoniam haud certus sum quo animo acciperet ab ignoto tam importunum officium, ipse potes per occasionem submonere, esse in Aedibus legum atque item in eius Somnio (quod alioqui multorum superat pervigilatas vigilias) abstrusiora quaedam quam ut pateant nisi doctissimis; quum fuerit in rem litterariam utile illius omnia quam plurimis intelligi.' et re vera nostris in lucubratiunculis inveniuntur loci aliquot abstrusiores: v. e. g. praef. 9 et praef. 36; sed, quod ad Aedem legum pertinet, Morus mihi imprimis recordatus esse videtur illam orationem senis (aed. 5–10) quam postea Maiansius defendit his verbis (Vivis Opera omnia, V, 508): 'loci huius interpretationem subiciendam putavimus, lector, propterea quod si minus multos, fore tamen aliquos non dubitemus qui, quum in eum incident, usurpare illud protinus non vereantur quod a S. Hieronymo (ut aiunt) est dictum in Persium: si non vis intelligi, non debes legi; ita sane de industria obscuratus est sermo; sed non idcirco vituperandus auctor hic noster, quin potius modestia summa viri prudentiaque laudanda; nam quum a quorundam scriptorum lectione legum studiosos prohibere sui temporis vellet, ianitorem quendam qui eos carperet ita obsolete loquentem induxit, ut dignosci nisi ab oculatissimo vix possit.'

Inter verba quibus usus est Vives nonnulla inveniuntur vi propria adhibita: e. g. *bohillae* (aed. 9); *dispunctus* (aed. 2); *multesimus* (aed. 7); *suspicere, despicere, circumspicere, introspicere* (aed. 20). nonnulla insuper nullis recensentur lexicis, ut *allodapus* (aed. 10); *argentificina* (aed. 19); *averruncassere* (aed. 10); *calendari* (aed. 10); *concolorius* (aed. 3); *convasator* (aed. 7); *dictionatim, litteratim, orationatim* (aed. 22); *fastidilitus* (aed. 10); *flectilis* (aed. 22); *foculator* (aed. 7); *furvitas* (aed. 7); *habessere* (aed. 9); *inuncator* (aed. 7); *perpero* (aed. 9); *sehe* et *tehe* (aed. 9–10); *supersaeptuosus* et *supersaeptus* (aed. 11); *telula* (aed. 16); *vultuari* (aed. 11).

Syntaxis quoque Vivica quandam, ut cum Quintiliano loquar, Patavinitatem (an dicam scholasticitatem?) prae se fert. cuius rei duo afferam exempla: primum sententias quasdam interrogativas indirectas modo indicativo invenias constructas: praef. 4 *qualem opus est*; praef. 5 *assequetur*; praef. 6 *ad quem pertinet*; praef. 6 *quis maxime . . . dabit*; tum et nonnullis locis noster pronomine *suus* abusus est: praef. 30 *suas tenebras*; aed. 19 *cum suo victu*.

Restat ut omnibus qui mihi auxilio fuerunt gratias agam maximas. Facultates itaque Academicas Flandro-Bruxellenses a. S. Aloysio nuncupatas, item redactores officinamque Bibliothecae Teubnerianae laudem oportet; praecipueque nominem J. IJsewijn, cuius consilium auxiliumque mihi numquam defuerunt imploranti, perlibenter grateque.

Scribebam Capellae S. Vdalrici prope Bruxellam,
mense Novembri anni 1982 C. Matheeussen

CONSPECTVS LIBRORVM

LIBRI QVI IN APPARATIBVS ADFERVNTVR

1. Veteres Latini laudantur ut in *Thesauro Linguae Latinae*; Graecorum opera abbreviationibus perspicuis indicantur (v. etiam Indicem locorum); ad locos autem ex recentioribus auctoribus laudandos sequentibus compendiis usus sum; uncinis nomina inclusi bibliothecarum in quibus exemplaria inspecta asservantur.

ed. Non. 1513 = Nicolaus Perottus, Cornucopiae sive linguae Latinae commentarii ... Nonii Marcelli Compendia ..., Venetiis, Aldus Manutius et Andreas Socerus, 1517–1513 (Nonius: 1513) (Bruxellae, Bibl. Regia)[1])

Erasm. adag. = Des. Erasmus Roterodamus, Adagia

– *ed. Frob. 1517–1518* = Ex tertia autoris recognitione. Ioannes Frobenius Studiosis omnibus S. D. Accipito candide lector Erasmi Roterodami Proverbiorum Chiliadas ..., Basileae, Frobenius, 1517–1518 (Gandavi, Bibl. Vniv.)[2])

– *LB II* = Opera omnia (ed. Ioannes Clericus), Lugduni Batavorum, Petrus van der Aa, 1703–1706; Adagia in: LB II (Bruxellae, Bibl. Reg.)

Ma. ind. = Maiansii index in aed. 6–10; in: Vives, Opera omnia (ed. Maiansius), tom. V, Valentiae Edetanorum, 511–518 (Bruxellae, Bibl. Reg.)

Ma. interpr. = Maiansii interpretatio orationis senis (aed. 6–10); in: Vives, tom. V, 508–510

Vives, De initiis = Vives, De initiis, sectis et laudibus philosophiae; in: Vives, Opuscula varia, Lovanii, Theod. Martinus, s. d. (= 1519) (Bruxellae, Bibl. Reg.)

2. Editiones criticae in apparatibus compendiose laudatae

Ascon. ed. Stangl = Ciceronis orationum scholiastae. Asconius ... recensuit Th. Stangl, vol. II: Commentarios continens, Vindobonae – Lipsiae 1912

---

1) A. A. Renouard, Annales de l'imprimerie des Aldes ..., Seconde édition, Tom. I, Paris 1825, 151–152; 190; Bibliotheca Hulthemiana ou catalogue méthodique de la riche et précieuse collection de livres et des manuscrits délaissés par M. Ch. Van Hulthem, vol. II, Gand 1836, sub num. 10 366 (p. 255).

2) Bibliotheca Belgica. Bibliographie générale des Pays-Bas, fondée par Ferdinand Van der Haeghen, rééditée sous la direction de Marie-Thérèse Lenger, vol. II, Bruxelles 1964, sub num. E 94 (p. 290–291); Erasmusdrukken uit de Universiteitsbibliotheek te Gent. Erasmus. Tentoonstelling van Erasmusdrukken bewaard in de Universiteitsbibliotheek te Gent, ingericht ter gelegenheid van het Erasmusjaar 1969 (4–20 juni), Gent 1969, sub num. 31 (p. 36–37).

Cic. Brut. ed. Malcovati = Cicero, Brutus, recognovit Henrica Malcovati, editio altera, Lipsiae 1970 (Bibl. Teubner.)
Cic. de orat. ed. Kumaniecki = Cicero, De oratore, edidit K. Kumaniecki, Lipsiae 1969 (Bibl. Teubner.)
Cic. nat. deor. ed. Ax = Cicero, De natura deorum, post O. Plasberg edidit W. Ax, Lipsiae 1923 (Bibl. Teubner.)
Cic. Phil. ed. Wuilleumier = Cicéron, Discours, Tome XX: Philippiques V à XIV, texte établi et traduit par P. Wuilleumier, Paris 1964[2] (Collection des Universités de France = Coll. Budé)
Claud. ed. Birt = Claudianus, Carmina, recensuit Th. Birt, Berolini 1892 (Monumenta Germaniae Historica. Auctores antiquissimi, X)
Claud. ed. Simon = Claudianus, Panegyricus de consulatu Manlii Theodori (carm. 16 und 17), eingeleitet, herausgegeben, übersetzt und erklärt von W. Simon, Berlin 1975
Lucr. ed. Bailey = Lucretius, De rerum natura libri sex, edited with Prolegomena, Critical Apparatus, Translation and Commentary by C. Bailey, Oxford 1972 (= 1949[2])
Lucr. ed. Martin = Lucretius, De rerum natura libri sex, quintum recensuit I. Martin, Lipsiae 1969 (Bibl. Teubner.)
Paul. Fest. ed. Lindsay = Sex. Pompeius Festus, De verborum significatu quae supersunt cum Pauli epitome, Thewrewkianis copiis usus edidit W. Lindsay, Lipsiae 1913 (Bibl. Teubner.)
Plut. adv. Colot. ed. Pohlenz-Westman = Plutarchus, adversus Colotem; in: Plutarchus, Moralia V 2, recensuit et emendavit M. Pohlenz, editio altera quam curavit addendisque instruxit R. Westman, Lipsiae 1959 (Bibl. Teubner.)
Sil. ed. Bauer = Silius Italicus, Punica, edidit L. Bauer, Lipsiae 1890–1892 (Bibl. Teubner.)

3. Lexica et studia in apparatibus compendiose laudata

Forc. = A. Forcellini – I. Furlanetto – F. Corradini – I. Perin, Lexicon totius latinitatis, Bononiae – Patavii 1965 (secunda impressio anastatice confecta quartae editionis aa. 1864–1926 Patavii typis mandatae cum appendicibus quibus aucta est prima anastatica impressio a. 1940 edita)
KP = Der Kleine Pauly. Lexikon der Antike, auf der Grundlage von Pauly's Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft unter Mitwirkung zahlreicher Fachgelehrter bearbeitet und herausgegeben von K. Ziegler und W. Sontheimer, Stuttgart 1964–1975
Latham = R. E. Latham, Revised Medieval Latin Word-List from British and Irish Sources, London 1965
Leumann = M. Leumann, Lateinische Laut- und Formenlehre, München 1963 (Handbuch der Altertumswissenschaft II 2, 1)
Liddell – Scott = H. G. Liddell – R. Scott, A Greek-English Lexicon, revised and augmented throughout by Sir Henry Stuart Jones with the Assistance of R. McKenzie and with the Cooperation of many Scholars, with a Supplement 1968, Oxford 1977 (= 1940[9] + Supplement 1968)
Or.-Bait., Onom. II = I. C. Orellius – I. G. Baiterus, Onomasticon Tullianum II, Turici 1838
RE = Paulys Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft, neue Bearbeitung, unter Mitwirkung zahlreicher Fachgenossen herausgegeben von G. Wissowa, Stuttgart 1893–1980
Thes. = Thesaurus Linguae Latinae, editus auctoritate et consilio Academiarum quinque Germanicarum ..., Lipsiae 1900 –

STVDIA

IJsewijn, J., Die humanistische Biographie, in: Biographie und Autobiographie in der Renaissance, herausgegeben von A. Buck, Wiesbaden 1983 (Wolfenbütteler Abhandlungen zur Renaissanceforschung 4)

Kisch, G., Erasmus und die Jurisprudenz seiner Zeit. Studien zum humanistischen Rechtsdenken, Basel 1960, 69–89 (Basler Studien zur Rechtswissenschaft 56)

Matheeussen, C., Das rechtsphilosophische Frühwerk des Vives, in: Juan Luis Vives. Arbeitsgespräch in der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel vom 6. bis 8. November 1980. Vorträge herausgegeben von A. Buck, Hamburg 1981, 93–106 (Wolfenbütteler Abhandlungen zur Renaissanceforschung 3)

Matheeussen, C., De omstreden datering van een Leuvense Martens-druk: J. L. Vives' Opuscula varia, in: De Gulden Passer, fortasse 1984 (Album Amicorum L. Voet)

Matheeussen, C., The Date of the Opuscula varia of Vives, in: Proceedings of the Fifth Congress of the International Association for Neo-Latin Studies (S. Andrews, 24th August–1st September 1982), fortasse 1984

Namèche, A.-J., Mémoire sur la vie et les écrits de Jean-Louis Vivès, Bruxelles 1841 (Mémoires couronnées par l'Académie Royale des Sciences et Belles-Lettres de Bruxelles XV 1)

Nijhoff, W., Kronenberg, M. E., Nederlandsche bibliographie van 1500 tot 1540, I, 's-Gravenhage 1923, sub num. 2172

Noreña, C. G., Juan Luis Vives, The Hague 1970 (Archives Internationales d'Histoire des Idées 34)

Vanden Bussche, E., Jean-Louis Vivès. Eclaircissements et rectifications biographiques. Notes sur son séjour à Bruges. Ses Oeuvres, Bruges 1871

SIGLA

L editio Lovaniensis: Vives, Opuscula varia, Lovanii in aedibus Theodorici Martini Alustensis, s. d. (= 1519), fol. Div^r – Giv^r

L^2 correctiones editionis Lovaniensis, fol. Niii^v

B editio Basileensis: Vives, Opera, Basileae in aedibus Nic. Episcopii iun., tom. I, 1555, 286 – 292 et 301 – 306

V editio Valentina: Vives, Opera omnia cura Greg. Maiansii edita, tom. V, Valentiae Edetanorum 1784, 483 – 493 et 494 – 507

LODOVICVS VIVES MARTINO PONTIO IVRIS CONSVLTO, FISCALIVM CAVSARVM PATRONO, S.D.

Ponti, iuris et humani et divini consultissime, tuarum ad te legum 1
Aedem scribo, ut a te, tanto patrono, qui multos innocentes reos magnis
5 e periculis liberasti, a calumnia eorum defendatur qui, indignati philosophum hominem de re aliqua legum disputare, illud protinus e pictore arreptum iactabunt: ne sutor ultra crepidam; cum non sit hominis alterius professionis de legibus disserere ipsasque adeo ferre leges quam philosophi. quod ne vestri quidem meliores dissimularunt iuris consulti,
10 velut Domitius Vlpianus: qui iuris scientiam veram philosophiam appellavit. quamquam ego, quo minus modo homines istos offendam, non tam internam ipsam aedem quam exteriorem eius faciem describo et ludo more meo in facili argumento.

Ac ut sciatur quatenus in hoc de legibus sermone progredi philosopho 2
15 liceat, praeposui Praefationem quandam ad Leges Ciceronis. in qua de ipsa ego re disputo ut, antequam legum sive Aedem sive Templum hoc lector ipse videat, occurramus illi multorum indoctae opinioni, qui philosophum a legum possessione totisque finibus usucapionis putant arcendum; ne iniquo ferat animo, si legum Aedem philosophus exstruxero
20 sive descripsero potius, non sciographia aut orthographia, sed simplici linearum ductu et ea forma, quae ab architectis ichnographia dicitur.

Nam urgente me difficili atque impense gravi morbo cum haec ederem, 3
coactus sum interiorem aedem aliud in tempus differre: quam alioqui eram huic exteriori pluribus et longioribus lineis appicturus, simul etiam
25 expositurus quos in illa sede ac domicilio sanctarum legum vidissem. quod spero me facturum simul ac primum confirmatiore fuero valetudine.

Tu interim, Ponti, iuris iustitiaeque antistes, vide an haec non omnino 4
dissimilis isti tuae verae sit. cuius nullus tibi recessus non est exploratus;

6–7 (illud ... crepidam) *Plin. nat. 35, 84–85; v. Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 158 = LB II, 228 A–C* | (e pictore) = *ex Apella* || **10** (Vlpianus) *Dig. 1, 1, 1 (Vlp.)* || **16** (legum ... Templum) *Cod. Iust. 1, 17, 1. 5; 1, 17, 2, 20* || **18** (totisque ... usucapionis) *Cic. leg. 1, 55* || **20–21** (sciographia ... dicitur) *Vitr. 1, 2, 2* || **28** (iustitiaeque antistes) *Gell. 14, 4, 3*

1– p. 2, **3** LODOVICVS ... MDXIX *deest in* **BV** || **20** sciographia **L** *v. Forc.; Liddell – Scott (s. v. sciagraphia; σκιαγραφέω i. f.)*

cuius deae Iustitiae praees sacris faciundis, quippe qui non minus huius consultus es quam iuris.

Vale. Lovanii, mense Aprili MDXIX.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN LEGES CICERONIS PRAEFATIO

1 Credo ego vos omnes mirari quid sit quod philosophus ipse coram tot iure consultis Leges Ciceronis enarrem. etenim hanc provinciam, ut quamvis etiam aliam in qua de legibus disseritur, non philosophi sed iure consulti esse nullus fere non existimat; longeque aliud esse philosophum et peritum legum atque iuris. pauca tamen verba me facientem attentis et auribus et animis si audieritis, intelligetis (ut spero) quid hac in re philosophum deceat: an eius sit leges enarrare; an eius de legibus disputare; an ne liceat quidem ipsi, quod multi putant, leges vel nominare. in quo loco a divisione mihi est incipiendum.

2 Principio quidem iura legesve alia esse naturalia, alia divina, quaedam gentilia civiliaque, militaria etiam nonnulla neutiquam ignoratis. ius naturale finitur ab Aristotele libro de republica primo: quod habet eandem vim ubique; illudque est quod habent omnes scriptum in cordibus suis eduxeruntque secum ex matris utero. idem enim immutabile prorsus habent omnes nationes; sentiunt de illo uno eodemque modo; nec est quisquam gentis ullius qui huic iuri sua sponte non assentiatur. nec mirum, quoniam eadem est invariabilisque in omnibus hominibus natura. qua sola dictante in corde suo unusquisque leges varietatem non admittentes descripsit; neque vero quia sic uni homini videtur, nec quia sic uni senatui, uni rei publicae, nec quia sic ⟨uni⟩ regno, non denique quia sic orbi sunt leges illae ratae atque acceptae, sed quia sic nobiscum ortae nobiscum adoleverunt non senescentes.

3 Ingessit enim ipsa natura, cuius sunt subtilissimae et imperscrutabiles vires, unicuique primum nascenti deorum venerationem et cultum. ingessit congressus ac humanae communicationis appetitum, quem ne solitudinum quidem amantissimus nec ipse μισάνθρωπος Timon queat a se penitus reiicere. ingessit etiam delictorum nonnullam erubescentiam et male actae vitae conscientiam, Furias (ut poetae dixerunt) exagitantem,

1–2 (qui non . . . iuris) *Cic. Phil. 9, 10* || 6 (Credo ego vos . . .) *Cic. S. Rosc. 1* || 17 (Aristotele) *Eth. Nic. 5, 7 (1134b)* (*non in libris de republica*)

4 LODOVICI LB LUDOVICI V || 5 PRAEFATIO L (*lectio servanda: v. epist. 2, titulos currentes in* L, *colophonem post praef.*) PRAELECTIO BV || 25 uni *ins.*

quae impios et consceleratos homines vexant atque perterrent. indidit et superiorum aut prudentium aut senum aut principum reverentiam, quam a se quisquam nisi cum homine deponere non possit. subticebo nunc de viri et feminae coniunctione, de susceptae prolis educatione et id genus ceteris. quae omnia pertinent ad ius naturale.

4 Haec igitur cum ita sint, nullum opinor vestrum dubitare quin leges divinae, gentiles, civiles ac militares ab ipsa lege naturae profectae sint. quamquam mihi nullum videtur esse ius naturale quod non sit idem etiam gentium. ius enim omne atque aequitas inter solos homines est. nam in ipsis beluis verius umbram et tamquam vestigium quoddam ut reliquarum virtutum ita et iuris quoque esse dixerimus, quam ius ipsum. verum, sicut dicere inceperam, ex illo ingenito dei cultu universali particulares dei deorumque religiones sunt subortae. nam etsi unusquisque duce natura et esse deum aliquem et exhibendam illi reverentiam et pietatem sciat, nescit tamen utrum is deus sit homo aliquis an animal aliud, herbave sit vel lapis an res quaepiam, quae vel non sentiat prorsus vel non sentiatur. nescit etiam qualem opus est in eum ipsum deum servare pietatem, quales observantias, quales ritus caeremoniasque.

5 In civitate quoque constituenda quamquam a natura illud accepit, habendam esse civium rationem, colendam iustitiam inter eos et pacem, ignorat tamen quibus praeceptis, qua ratione ac arte id quam facillime assequetur. nec absurdum est certo fine incerta esse media. ideo namque videmus de lege naturae (utpote venerando deo tuendaque hominum societate) neminem aut consulere aut eligere, sed de mediis aptioribus atque facilioribus, quibus illuc perveniatur. de fine enim, ut Aristoteles inquit, rebusque certis nulla est neque electio neque deliberatio neque consilium.

6 Iam hoc naturali iure (nam legem et ius nunc converto) proposito tamquam signo sagittariorum, quisquis expeditissimam ad illud collineandum semitam, normam rationemque inveniet, is nimirum vocabitur merito legis lator, is audiendus est, huic parendum, huic attribuendum negotium de hac ipsa re hominum generi utilissima disserendi. nam quid maioris fructus atque utilitatis, quam hominem ad finem in quem natus est ducere? quem finem si prius quid sit viderimus, perscrutabimur tum facile ad quem pertinet ipsius cognitio atque scientia. ex quo efficitur (ut arbitror) clarum, quis maxime hominum leges populis, civitatibus et gentibus dabit. omnes qui philosophiam tractaverunt aut quorum supra vulgare istud nonnihil altius ingenium fuit, disseruerunt que de ipsa

25 (Aristoteles) *Eth. Nic. 3, 3 (1112b)* || **28** (tamquam signo sagittariorum) *Aristot. Eth. Nic. 1, 2 (1094a)*

18 caeremoniasque **LB** (*v. Thes. III 100, 8–9: legitur caeri- et caere-*) caerimoniasque **V** || **33** quem finem **LB** (*prolepsis*) qui finis **V**

mortalium in hac vita beatitudine, in ceteris mire dissidentes, in illam unam sententiam convenerunt, unumquemque hominum ad virtutem felicitatemque quantam mortalis nostra exiguitas capit sola natura duce posse pervenire. quippe cum vivere secundum naturam hominis bonum ultimum, absolutum et perfectum illud dicerent quod τέλος appellatur, 5 essetque eadem haec indifferens in cunctis, in re aperta nequibant tergiversari quo minus profiterentur genus humanum neminem complecti ad beatitudinem ineptum: illum namque creasset deus frustra videreturque ipsi permagnam iniuriam fecisse; tum quod nihil alicuius speciei uni singulari potest convenire quod aliis congruere nequeat, quapropter ea 10 quae fortunae, temeritati vel improborum hominum vesanae subiacent potestati, nihil ad ipsius beatitatis rationem et summam fassi sunt attinere, decorare ⟨tamen⟩ plerique sunt opinati. nam cum haec ipsa extra nostram voluntatem posita essent, aliorum potentiae subdita, fieri posset uti nos beatos reddere aliquando in manu nostra non foret. quod 15 non secus natura non sustinet quam quod aliquem creet cui potestatem adimat bene vivendi.

7 Hoc ex principio optimo certe et verissimo vestigando complures sunt falsi, cum viam quaerunt vivendi iuxta naturam. et dum haec his alia videtur et ab aliis petenda quam illis, alius est etiam illorum vivendi 20 modus, alia ratio quam horum.

8 Epicurus enim in bestiis ipsis vim naturae requirens, quas videt nil nisi voluptatem curare, voluptatem sibi praefigit statum vitae felicem. fuit prius eiusdem sententiae Aristippus Cyrenaicus, qui ab indole illa et moribus Socraticis degeneravit; quam Eudoxus Gnidius plurimum 25 confirmavit, quod homo esset frugi minimeque voluptuosus. Hieronymus Rhodius, quod videret molestissimum omnibus esse dolorem, indolentiam felicitatem esse putavit hominis. complexus est utrumque Lucretius Carus poeta Epicureus his verbis:

> 'o miseras hominum mentes, o pectora caeca! 30
> qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
> degitur hoc aevi, quodcumque est! nonne videtis

4–5 (vivere . . . appellatur) *Cic. fin. 1, 42; 3, 26; 5, 24* || **15** (aliquando . . . foret) *Cic. fin. 5, 12* || **22** (in bestiis . . . requirens) *Cic. fin. 2, 32; 2, 40* || **22–23** (nil . . . curare) *Cic. fin. 1, 29* || **23** (voluptatem sibi praefigit) *Cic. fin. 2, 6* || **23–24** (fuit . . . Aristippus) *Cic. fin. 1, 23; 2, 19* || **24–25** (qui . . . degeneravit) *Diog. Laert. 2, 74 (v. etiam 2, 27)* || **25–26** (Eudoxus . . . confirmavit) *Aristot. Eth. Nic. 1, 12 (1101b); 10, 2 (1172b); Diog. Laert. 8, 88* || **26** (homo . . . voluptuosus) *Diog. Laert. 8, 86–87 (?)* || **26–28** (Hieronymus . . . hominis) *Cic. fin. 2, 19* || **30**–p. 5, **3** (o miseras . . . metuque) *Lucr. 2, 14–19*

13 tamen *ins.* || **23** voluptatem[1] **L**^{2}**BV** voluptatum **L** || **32** videtis **LBV** *pars codd. Lucr.* videre *Lucr.* (*ed. Bailey, ed. Martin*)

nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut qui
corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur
iucundo sensu, cura semota metuque?'

Callipho vero, Polemon et Diodorus noluerunt in beluis naturam 9
5 inquirere, sed in hominibus, opinantes non eodem modo illam sese in utrisque habere, ad hoc quod in beluis forte degeneraret. ita cum perspicerent hominis naturam integram bene affectam minimeque pravis rebus et opinionibus infectam atque corruptam, ad virtutem esse multo propensissimam, a vitio vero non minus rectam atque sinceram naturam
10 abhorrere quam a peste aliqua animorum omnium atque mentium ('natura enim nos', ut est praeclare a Marco Fabio scriptum, 'ad mentem optimam genuit, adeoque discere meliora volentibus promptum est, ut vere intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos; nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit.
15 ita certe facilius esse oportebat secundum naturam quam contra eam vivere'), quocirca virtutem ipsam necessariam in primis humanae perfectioni illique in bonis ultimum esse voluerunt, addentes autem partim doloris vacuitatem, partim voluptatem.

Zeno vero Zenonisque inventorum aemuli, qui sunt de scholae nomine 10
20 Stoici vocati, nudam ipsam virtutem et honestatem nullis aliis comitatam rebus, se sola contentam, beatitudinem esse censuerunt; opes vero et quae dicuntur corporis bona, si detur optio, esse eligenda ac, si adveniant, recipienda, minime appetenda, si absint.

At Aristoteles, longius acutiusque ceteris omnibus naturam intro- 11
25 spiciens, cum eam videret in brutis (utpote ad sensum ventremque viventibus: quibus ut nulla est mens, ita nec mentis sancti honestique ulla cura) non esse inquirendam, nec in hominibus puram expressam atque nativam posse inveniri (simul quod mutantur passim hominum sententiae, proinde ut cuique varia die varium videtur; simul quod est
30 propter immista scelera nefandasque vulgi opiniones ipsa natura in hominibus depravata et ad multos errores detorta), repetendam altius, ubi omni peccato labeque vacaret integra, sincera, clara, munda, genuina persisteret, intellexit. ideoque quod praecipuum in diis esset quaque re ducerent maxime vitam illam suam beatam, id in hominibus finem quem
35 inquirimus affirmavit esse; parenteis vero, patriam incolumem, amicos,

4 (Callipho . . . Polemon et Diodorus) *Cic. fin. 2, 34–35* || **11–16** (natura enim . . . vivere) *Quint. inst. 12, 11, 12–13* || **18** (doloris vacuitatem) *Cic. fin. 2, 19; 2, 34; 5, 14; 5, 21; 5, 73; = sententia Diodori* | (voluptatem) *Cic. fin. 2, 19; 2, 34; 5, 21; 5, 73; = sententia Calliphontis* || **19–20** (qui sunt . . . vocati) *Diog. Laert. 7, 5* || **20–21** (nudam . . . censuerunt) *e. g. Cic. fin. 2, 34–38; 2, 68; 3, 26* || **21–23** (opes . . . absint) *e. g. Cic. fin. 3, 50 sq.; 4, 71–72*

1 ut qui *Lucr. (ed. Bailey, ed. Martin)* utque **LBV** || **31** repetendam **L** repetenda **BV** || **35** parenteis **LB** parentes **V**

genus, cognatos, divitias ornare quidem felicitatem voluit, quae 'qui uti scit', ut inquit Terentius, 'ei bona sunt, ei qui non recte utitur, mala'.

12 Aristonis vero, Pyrrhonis et Herilli, qui selectum in rebus nullum ponebant, iam pridem explosa sententia est.

13 Videtis naturalis hominum finis speculationem et scientiam, cum sit de natura cognitio, philosophicas esse partes. eiusdem igitur erit de aliis quae ad finem attinent praecipere. is enim demum invenit qui vestigat atque inquirit; et is etiam, tamquam optimus civis huius universae civitatis, quae totum genus humanum capit, inventa sua publicos in usus in medium reponit. quam ob rem, cum sint omnes leges ad bene beateque vivendum inventae et latae, bene beateque vivere philosophus doceat. quidni etiam leges ipsas quasi quaedam media et expeditas ad finem humanum vias ipse ferat? quo modo enim ad finem is legis lator ducet, cui est et virtus et virtutis finis, quae felicitas dicitur, incognita? accommodabit profecto fini tum convenientiora tum commodiora cui est totus ipse finis 'intus', ut ait ille, 'et in cute' notus atque exploratus.

14 Ad haec bonae legis qualitates totamque rationem tres philosophiae partes sibi dividunt investigandas. perquirit siquidem naturalium cognitor rerum sitne lex secundum naturam; an loco temporique, an etiam universis quibus fertur satis congruat commodaque sit; an uni solum parti bona, reliquis vero iniqua sit; an obtineri possit quod iubet, quod vetat; quam utilis, quam necessaria, quam rebus praesentibus, quam futuris apta atque conveniens. at haec nemo pervestigabit, nisi qui hominum, qui temporum, qui locorum ingenia naturasque sit contemplatus.

15 Disseret moralis an iusta sit et honesta; virtutibus quam consentiens, quam a vitiis dissidens.

16 At vero sitne in ea aliqua cavillationibus, controversiis, litibus (id est: pesti salutis quietisque civitatis) ex ipsis verbis materia et occasio, perscrutatur dialectica. quam qui ab hoc quieto iuris disputandi genere putant abhorrere, audiant quid de Servio Sulpicio peritissimo aetatum omnium iuris consulto dicat Cicero in libro quem de claris oratoribus ad Brutum scripsit: 'sic enim, inquam. Brute, existimo iuris civilis magnum usum et apud Scaevolam et apud multos fuisse, artem in hoc uno; quod numquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam praeterea vidisset

1–2 (qui uti . . . mala) *Ter. Haut. 196* || **3–4** (Aristonis . . . sententia) *Cic. fin. 5, 23* || **15–16** (cui est . . . notus) *Pers. 3, 30* || **17–18** (tres philosophiae partes) *e. g. Cic. fin. 5, 9* || **33**–p. 7, **7** (sic enim . . . intelligis) *Cic. Brut. 152–153*

2 recte utitur **LB** utitur recte **V** *Ter. Haut. 196 (qui locus non ad verbum laudatur)* || **6** partes. *sic interpunxi* partes? **LBV** || **18** siquidem **LBV** (*= quidem, re vera; v. Latham*) || **23** at **V** ad **LB** || **35** vidisset **LB** didicisset **V** *Cic.*

artem quae doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando; ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam qua vera et falsa iudicarentur, et quae quibus propositis essent quaeque non essent con-
5 sequentia. hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam quasi lucem ad ea quae confuse ab aliis aut respondebantur aut agebantur. dialecticam mihi videris dicere, inquit. recte, inquam, intelligis.' haec Cicero. quae ideo induxi ut, qui rationalem philosophiam, quam appellant logicen, a legum notitia credunt esse alienam, ei quam utilissimam et cum
10 primis necessariam esse cognoscant.

'Tu es igitur vitae, philosophia, dux; tu virtutum indagatrix expultrixque vitiorum. quid enim non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? tu urbes peperisti; tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti; tu eos inter se domiciliis primo, deinde coniugiis, tum
15 litterarum et vocum communione iunxisti; tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti.' 17

Audebo igitur iure meo de legibus philosophus ipse disserere, cum etiam Cicero non tamquam iuris peritus, sed tamquam philosophus libros hos de legibus ediderit, Platonem philosophum in illis duodecim
20 libris aemulatus, ut in libris de republica fecit et saepius alibi. quamquam hoc interest, ut Macrobius docet, inter huius atque illius libros, quod Plato rempublicam ordinavit, Cicero rettulit: ille qualis esse deberet, hic qualis esset a maioribus instituta disseruit; tametsi Cicero ipse persona Q. fratris paulum ait allatum esse suis Legibus novi; ac re vera
25 respublica illa Romana, quae fuit usque ad civiles dissensiones, aut erat optima aut ad optimam quam proxime accedebat, paucisque commutatis specimen fuisset optimae. 18

Verum ut ad philosophos redeam, priscas urbes atque respublicas qui instituebant et philosophi erant et habebantur. philosophus certe
30 Mercurius Trismegistus, Aegyptiarum legum lator, quintus ille Mercurius qui Argum interemit ob eamque causam Aegypto praefuit atque Aegyptiis leges et litteras tradidit; quem Aegyptii, ut Cicero tertio de natura deorum libro scribit, Theut appellant eodemque nomine anni primus 19

11–16 (Tu es igitur . . . fuisti) *Cic. Tusc. 5, 5* || **21** (Macrobius) *somn. 1, 1, 1* || **24** (paulum ait allatum) *Cic. leg. 3, 12* || **30–p. 8, 1** (Mercurius . . . vocatur) *Cic. nat. deor. 3, 56*

2 ambiguam **LB** *pars codd. Cic.* (*ed. Malcovati*) ambigua **V** *Cic.* || **4** propositis **LB** *Cic.* positis **V** || **11** Tu es igitur vitae **LBV** O vitae *Cic.* | tu virtutum **LBV** o virtutis *Cic.* || **12** quid enim **LBV** quid *Cic.* || **14** domiciliis primo **LBV** primo domiciliis *Cic.* | tum **V** *Cic.* tu **LB** || **22** rettulit *scr. perspicuitatis causa* retulit **LBV** || **31** Aegypto praefuit **LBV** Aegyptum profugisse *Cic. nat. deor. 3, 56* || **33** Theut **LB** Thoth **V** (*Vives, locum e Plat. Phaedr. 59 = 274b–275c laudans, eandem formam* Theut *scripsit in De initiis: Vives, Opuscula varia, fol. xi*[v]*; v. praef. p. XI*)

mensis apud eos vocatur; philosophus etiam Lycurgus Lacedaemoniarum; philosophi Draco et Solon Atheniensium, Locrensium Zeleucus, Thuriarum Charondas, Gnidiarum Eudoxus ex Pythagorica disciplina; quin etiam Pythagoras plerisque Magnae Graeciae civitatibus leges dedit; Syracusanarum expulso Dionysio Plato, quem a Thebanis et Arcadibus 5 ut suis civitatibus leges ferret oratum tradunt; ordinavit suos Stagiritas Aristoteles, ut Pyrrhaeos scribunt Meledimum.

20 Venio nunc ad Ciceronem, cuius est in hoc opere tripartita disputatio. primum docet quid sit ius ingenitum unicuique, quod naturale dicitur; deinde quae sit deorum immortalium religio; postremo qualia imperia et 10 magistratus esse conveniat in felici republica et optima civitate. princeps enim est ius naturae, secundum est ius divinum; e quibus tamquam e fontibus ius gentium atque civile oritur; quorum utilitatem brevibus explicabo.

21 Multi fuerunt philosophi qui, reiecta rei familiaris et publicae cura, 15 adeo rerum speculationi contemplationique sese dediderunt, ut secedentes in solitudinem, ab hominum congressu semoti, noctes insomnes ducentes, dies totos sine nutrimento, obliti sui, quasi meri spiritus in corpore corpori non commixti, velut hic exsistentes aliam vitam viventes, indefesso studio rerum naturas investigare conati sunt. ne illa praestan- 20 tissima quidem res est meo iudicio et hac nostra immortali anima digna, sed non tam aliis quam sibi ipsi utilis. Socratem vero tanti faciunt omnes, quod philosophiam in caelis ac elementis versantem ad communem hominum vitam adduxerit. vidit enim acutus hic vir et (ut dixit Apollo) sapientissimus se non sibi soli natum esse (quod ad Archytam scripsit 25 postea discipulus Plato), sed ortus sui partem patriam, partem amicos, partem totum genus hominum vendicare. consuluit sibi suoque divino

1 (Lycurgus) *Aristot. Pol. 2, 12 (1274a)* || **2** (Draco) *Aristot. Pol. 2, 12 (1274b)* | (Solon) *Aristot. Pol. 2, 12 (1273b)* | (Zeleucus) *Aristot. Pol. 2, 12 (1274a)* || **3** (Charondas) *Aristot. Pol. 2, 12 (1274a); Diodor. 12, 11–19* | (Eudoxus) *Diog. Laert. 8, 88; Plut. adv. Colot. 32 (1126d)* | (ex Pythagorica disciplina) *Diog. Laert. 8, 91* || **4** (Pythagoras) *Cic. de orat. 3, 139; Diog. Laert. 8, 3* || **5** (Plato) *e. g. Plato epist. 7; Plut. adv. Colot. 32 (1126c)* | (a Thebanis et Arcadibus) *Diog. Laert. 3, 23* || **7** (Aristoteles) *Diog. Laert. 5, 4; Plut. adv. Colot. 32 (1126d)* | (Pyrrhaeos . . . Meledimum) *Plut. adv. Colot. 32 (1126c) (v. app. crit.)* || **24** (adduxerit) *Cic. ac. post. 1, 15; Tusc. 5, 10; Diog. Laert. 2, 21* || **25** (sapientissimus) *Diog. Laert. 2, 37; Plato apol. 5 (21a)* || **25–27** (se non . . . vendicare) *Cic. off. 1, 22; v. etiam Cic. fin. 2, 45* || **26** (Plato) *epist. 9 (358a)*

2 Atheniensium *scr.* Athenieñ **L** Atheniensis **BV** | Zeleucus **L** (*v. eandem formam in De initiis: Vives, Opuscula varia, fol. xiii*[r]) Seleucus **B** Zaleucus **V** || **3** Gnidiarum **LB** Gnidiorum **V** | quin **V** qui **LB** || **5** Syracusanarum **LB** Syracusis **V** || **7** Pyrrhaeos *scr. perspicuitatis causa; v. Plut. adv. Colot. 32 (1126c)* Pyraeos **LB** Piraeos **V** | Meledimum *scr.; v. Plut. adv. Colot. 32 (1126c): pars codd. habet Μελέδημον pro Μενέδημον (ed. Pohlenz-Westman)* Meledinum **LBV**

ingenio in rerum inquisitione; consuluit humano generi, de quo est perbene meritus praeceptis bene beateque vivendi tradendis. hac re nullam habeo utiliorem, nullam commodiorem maiorisque fructus, nullam in qua magis quisquam homines cunctos possit demereri. qui
5 enim Parisiis Lovanium eunti certam et expeditissimam indicat viam, nonne is in viatorem maximum beneficium confert? nonne is quasi de suo lumine lumen accendit, qui velut aperit viatori iter, quo facillime finem pertingat ad quem tendit? at quid de illo nos existimare par est, qui non iter ad unam urbem, non iter ad unam rempublicam ostendit,
10 sed viam regiam ad ipsum finem totius humanae vitae, ad id quo voluit hominem deus optimus maximus creari?

Quare cum ex his tribus Ciceronis libris primus insitam unicuique 22 aequi honesti vim et rationem doceat, ex qua nascuntur omnia iura, secundus cultum deorum, in quo mutatis nominibus *Iuppiter*, *Iuno* et
15 similibus in Christum, Mariam virginem et id genus nostrae religionis, a Christianissimo viro dicta videbuntur, tertius leges magistratuum, militum et civium omnium doceat, nullos libros gentilium dumtaxat digniores censeo qui legantur, qui relegantur, qui in manibus semper habeantur.

20 Ciceronis sex de republica libros, tres Officiorum et Consolationem de 23 morte filiae C. Plinius in praefatione historiae mundi versandos noctu et interdiu esse admonet, ediscendos etiam, non modo in manibus cotidie habendos. loquar de libris Officiorum, qui soli exstant. quos qui vidit et aliter sentit, scelestissimus et cum aliis omnibus tum etiam sibi pernicio-
25 sissimus mihi videtur.

Ego vero non infitias eo plura in libris Officiorum esse (utpote maiori- 24 bus) scripta quam in his libris de legibus; ea tamen, quae in his sunt, nihilo haud dubie dictis illorum cedunt. sunt utraque sanctissima praecepta; est utrobique toti vitae perquam salutaris doctrina. fatebor quae
30 mihi saepenumero contigerint. nam cum summo studio volumina Ciceronis omnia lectitarem inspicerenque in his tribus libris de legibus et illis tribus Officiorum ea quae in intimis monumentis nostrae religionis sancti illi patres nobis suis posteris tradiderunt, ea quae locutus est Paracletus per prophetas, ea denique quae noster Iesus et fecit et docuit,
35 addubitabam essentne monumenta e Ciceroniana officina an a viro quopiam Christiano scripta et Ciceronis nomini supposita, ut quattuor illi libri Rhetoricorum qui sunt ad C. Herennium inscripti. ab hac haesitatione formula dicendi et ipsum totum orationis filum plane Ciceronianum

21 (Plinius) *nat. praef. 22*

8 existimare **BV** existimari **L** || **13** aequi honesti **LB** (*asyndeton fortasse servandum: v. Thes. I 1041, 8 sq.*) aequi honestique **V** || **20** sex de Republica libros, tres **L** sex de Republica. Libros tres **B** sex de Republica; libros tres **V**

citatique loci ex ipsis operibus quamplurimi a viris nostra religione anti-
quioribus me retraxerunt et liberarunt. atque in hanc ipse opinionem
adductus sum, ut credam nullam humanam sapientiam viribus suis
absque peculiari dei beneficio et munere ea quae in his Legum atque
Officiorum libris scribuntur consequi potuisse. 5

25 Iam vero illam partem video meae praefationi veterum interpretum
instituto deesse, qua de auctore ipso nonnulla dicuntur; quam addam
equidem ex more magis quam necessitate. quae namque mea vel cuius-
quam oratione potest lux claritasque nomini Ciceronis afferri? an forte
Cicero unus quivis est e vulgo ignobilis obscurus, quem illustrare magis 10
sermones hominum et fama possit? quis virum illum vel in extrema
Scythia ultimaque et barbarie et solitudine ignorat? quis nescit qualis
fuerit quantusque? de quo velut venturo sunt illi non veri minus quam
elegantes Silii Italici versus:

> 'ille super Gangen super exauditus et Indos 15
> implebit terras voce, et furialia bella
> fulmine compescet linguae, nec deinde relinquet
> par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.'

26 Verum quoniam iniuria magnis viris fieri videtur, nisi unusquisque et
ad illorum decorandam virtutem et ad excitandos posteros quo possit 20
cumque modo eorum praeclara referat gesta, dicam et ipse de Cicerone
paucula quaedam ex multis, sed ea quae non sint vulgatis scriptis
omnibus cognita atque protrita. idque paulo quam hactenus sum usus
laetiore stilo: aequum est enim ut stilus noster alacer ac paene exsultans
de parente suo loquatur. 25

27 Hic est profecto Marcus ille Tullius Arpini iii. Nonas Ianurias natus
Q. Servilio Caepione C. Attilio Sarrano coss. qui ortus non ex progenie
regum Volscorum (ut noster Silius dicit poetice magis quam historice),
sed Arpinati obscuro tenuique genere, magna vi virtuteque animi
Porcium Catonem et Aemilium Scaurum simili fortuna natos aemulandos 30

15–18 (ille super . . . nepotum) *Sil. 8, 408–411* || **26** (Arpini) *Cic. leg. 1, 3* || **26–27** (iii. Nonas . . . coss.) *Cassiod. chron. II p. 132, 459; Gell. 15, 28, 3; Vell. 2, 53, 4; Cic. Att. 7, 5, 3; 13, 42, 2* || **27** (Caepione) = *Q. Servilius Caepio: Or.-Bait., Onom. II, 540–541; RE II A, 1783–1786* (*Servilius 49*) | (Sarrano) = *C. Atilius Saranus: Or.-Bait., Onom. II, 86; RE II, 2098* (*Atilius 64*) || **28** (Silius) *8, 404–405* || **29** (Arpinati . . . genere) *Plut. Cic. 1, 1* || **30** (Porcium . . . Catonem) = *M. Porcius Cato Censorius: Or.-Bait., Onom. II, 486–489; RE XXII, 108–165* (*Porcius 9*) | (Aemilium Scaurum) = *M. Aemilius Scaurus: Or.-Bait., Onom. II, 17–19; RE I, 584–588* (*Aemilius 140*) || **30**–p. 11, **1** (Porcium . . . proposuit) *Plut. Cat. 1, 1–2; Ascon. Scaur. p. 22*

15 super exauditus **L²BV** super exauditos **L** || **18** eloquii **LB** *pars codd. Sil.* (*ed. Bauer*) eloquio **V** *Sil.* || **27** C. *scr.; v. Cassiod. chron. II p. 132, 459 et Vell. 2, 53, 4* (*Gell. 15, 28, 3 habet* Q.; *v. RE II, 2098*) M **LBV** | Sarrano **LB** Serrano **V**

sibi proposuit. nactusque ingenium tale quale Plato fingit, liberalium omnium artium capacissimum, ad nullum litterarum genus ineptum, poesi, philosophiae dicendique arti (qui erat tunc in urbe ad summos honores gradus) totum sese tradidit.

5 In quibus quantum ingenium illud profecerit, argumento erit quod duobus, Aristoteli et Platoni, par additur Cicero; qui nisi de philosophia scripsisset, nescio an ea tota solis adhuc Graecis litteris contineretur. quod cum Demosthene de gloria dicendi ita certat ut illi, si palmam non eripit, certe nec concedat, maximos auctores habeo, qui Ciceronem a providen-10 tia genitum aiant, ut in eo totas virtutes suas experiretur eloquentia. 28

Nam in poetica arte miror esse quosdam, qui illum parum valuisse dicant, moti forte (ut credo) versiculo illo 29

'cedant arma togae'.

quem Iuvenalis non ita ridet, ut ipsius reliqua omnia poemata ridicula 15 dicat. qui enim id posset? utinam exstarent multa eius carmine conscripta (de quibus ipse cum in epistolis aliisque variis in locis, tum etiam in primis huius nostri de legibus libri verbis meminit), possemus certius iudicium facere. sed si leonem (ut aiunt) ex unguibus licet aestimare, ex fragmento certe Arati quod ab eo versum exstat, ex aliis plerisque ipsius 20 versibus quos in Tusculanis quaestionibus inque libris de divinatione adducit, manifesto liquet Ennium, Lucilium, Lucretium ceterosque superiores poetas, minores quoque universos praeter unum Vergilium et elegantia ab ipso superatos et carminis suavitate.

Verum conversa ad reipublicae curam ingens illa Tulliana lux suas 25 tenebras illustravit. defendit annos treis et viginti natus Roscium Amerinum parricidii reum, ausus inter initia suae adolescentiae libertate tirocinii sui Sullanam potentiam provocare. professusque ipse Cicero, maxima familiarium frequentia dissuadentium ne nomen illud Ciceronis quamvis antiquum familiae retineret, effecturum se non minus id splen-30 didum et celebre quam Scaurorum esset ac Catulorum, omni labore, 30

1 (nactusque ... fingit) *Plut. Cic. 2, 3; Plato rep. 5, 19* || **6** (Aristoteli) *fons mihi ignotus* | (Platoni) *Quint. inst. 10, 1, 108 et 123* || **9** (maximos auctores) *e. g. Quint. inst. 10, 1, 106 sq.; Hier. epist. 52, 8; Plut. Demosth. 3, 1–3; Plut. comp. Demosth. Cic.* || **9–10** (qui Ciceronem ... eloquentia) *Quint. inst. 10, 1, 109* || **11–12** (qui illum ... versiculo illo) *Cic. off. 1, 77; Cic. Pis. 72; Quint. inst. 11, 1, 24; Iuv. 10, 122–126; Tac. dial. 21; Plut. comp. Demosth. Cic. 2, 2; Ps. Sall. in Tull. 6* || **13** (cedant arma togae) *Cic. off. 1, 77; Quint. inst. 11, 1, 24* || **14** (Iuvenalis) *10, 122–126* || **16–17** (in primis ... verbis) *leg. 1, 1–2* || **18** (leonem ... unguibus) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 236 = LB II, 317 D–F* || **21** (manifesto liquet) *cf. Plut. Cic. 2, 3–4* || **25** (treis ... natus) = *sententia Cornelii Nepotis: Gell. 15, 28, 2* || **26–27** (ausus ... provocare) *Cic. off. 2, 51* || **27** (ipse Cicero) *Plut. Cic. 1, 3*

10 genitum **L²V** gentium **LB** || **18** leonem **LB** lenonem **V** || **25** treis **LB** tres **V** || **28** familiarium **LB** familiarum **V**

summa diligentia, ambitione etiam non ignava et segni, qualis nobilium erat fretorum virtute generis, sed sollertia atque industria comitata.

31 Ad amplissimos contendit honores; ad quos tanta vi penetravit seu irrupit potius, ut illius virtus certasse cum ipsa fortuna videatur. factus est aedilis vir tenuis, renitentibus magna contentione, profusis largitionibus et manifestis corruptionibus suffragiorum C. Verre (per id tempus a Cicerone repetundarum postulato), homine opulento, Q. et M. Metellis fratribus (quorum hic erat designatus praetor, ille designatus consul) simul cum Q. Hortensio collega patrono Verris, clarissimis in republica viris. irrupit ad consulatum filius equitis Romani homo novus, invidiosus toti nobilitati, competitoribus P. Sulpicio Galba L. Sergio Catilina patriciis, C. Antonio (M. oratoris filio) L. Cassio Longino ex senatoriis et honoratis familiis, Q. Cornificio C. Licinio Sacerdote viris gratiosis, refragantibus acerrime ac potentissime C. Caesare et M. Crasso cum totis suis factionibus.

32 Ipse etiam Cicero (quo minorem petitioni posset operam dare) domestico ictus est luctu: morte patris, quem in ipsa petitione amisit. et his tamen circumsaeptus difficultatibus atque impedimentis non consul modo, sed prior quoque consul declaratus est; usque adeo erat cognita atque percepta innocentia, sanctitas et fides illius. neque enim illo anno (ut multis antea) traditus est ei consulatus tamquam profusissimo suffragiorum emptori aut potentissimo aut maxime gratioso aut ei qui callidissime ambiverat, sed in illis procellis et tempestate reipublicae electus est ipse non vir nobilissimus aut ditissimus, ceterum prudentissimus et optimus gubernator, cui clavus commendaretur, in cuius fidem tota respublica confugeret, ut non magis consulatus Ciceroni videatur datus quam Cicero consulatui.

5 (renitentibus) *Cic. Verr. 1, 18sq.* || **7** (postulato) *Cic. Brut. 139* | (Q. et M. Metellis) *1. = Q. Caecilius Metellus Creticus: Or.-Bait., Onom. II, 108–109; RE III, 1210–1212 (Caecilius 87); 2. = M. Caecilius Metellus: Or.-Bait., Onom. II, 109; RE III, 1206 (Caecilius 78)* || **8** (fratribus) *v. stemma in Or.-Bait., Onom. II, 101, sub num. 24 et 25* | (designatus praetor) = *Marcus: Cic. Verr. 1, 21* | (designatus consul) = *Quintus: Cic. Verr. 1, 26* || **9** (Hortensio collega patrono Verris) = *collega Quinti Caecilii Metelli consulis; Cic. Verr. 1, 20; Brut. 319* || **10** (filius ... Romani) *e. g. Cic. Cael. 4; Quint. inst. 11, 1, 28; Plut. Cic. 11, 2* || **10–11** (homo ... nobilitati) *Sall. Catil. 23, 6* || **11–15** (competitoribus ... factionibus) *Ascon. tog. cand. p. 82* || **11** (P. Sulpicio Galba) = *P. Sulpicius Galba: Or.-Bait., Onom. II, 563; RE IVA, 758–759 (Sulpicius 55)* || **12** (C. Antonio) = *C. Antonius Hybrida: Or.-Bait., Onom. II, 48–49; RE I, 2577–2582 (Antonius 19)* | (M. oratoris) = *M. Antonius: Or.-Bait., Onom. II, 46–47; RE I, 2590–2594 (Antonius 28)* | (L. Cassio Longino) *Or.-Bait., Onom. II, 136–137; RE III, 1738–1739 (Cassius 64)* || **13** (Q. Cornificio) *Or.-Bait., Onom. II, 198; RE IV, 1624 (Cornificius 7)* | (C. Licinio Sacerdote) *Or.-Bait., Onom. II, 355; RE XIII, 458–459 (Licinius 154)* || **17** (morte ... amisit) *Ascon. tog. cand. 82; v. RE VII A, 826–827 (Tullius 28)* || **19** (prior quoque consul) *Cic. Pis. 3*

Quo in magistratu consiliis et sagacitate sua, detecta et mox exstincta **33**
coniuratione Catilinae, tantam est laudem gloriamque consecutus, ut
primus ipse in libera civitate a libero senatu pater patriae sit consalutatus, primo ipsi togato supplicatio decreta, nec defuerint in senatu qui sua
5 sententia censuerint insigniendum illum coronis civica et obsidionali,
Cn. quoque Pompeius ex Syria decedens gratias illi egerit, quod beneficio
ipsius patriam esset visurus. in eodem consulatu mentionem legis agrariae a Servilio Rullo tribuno plebis pertumultuose excitatam, numquam sine maximis agitatam motibus iam inde a vicesimo anno post
10 expulsos reges, solis suis orationibus compescuit sedavitque, ipsis
etiam tribubus legem abrogantibus ad quas illius legis emolumentum
spectabat.

Profectus deinde in Asiam admirabili aequitate et continentia pro- **34**
vinciae praefuit, nec infelicius bellum administravit quam togam. non
15 fuisse illum ad bellum natum. id est, aptiorem fuisse quieti pacis quam
strepitui militari et bellico, fateor; timidum ignavumque fuisse nego;
meruit enim sub imperatore L. Sulla bello sociali. in provincia sua pugnavit non cum quolibet hoste, sed cum Parthis. evasit victor, oppressit
plerumque celeritate et aliis imperatoriis artibus hostes. oppida et
20 castella complura obsedit, vi cepit. Eleutherocilices et Tebaranos, feras
atque indomitas gentes, bello fatigatas prius domuit. qui vero timidum
ipsum levemque appellant, ii rationes temporum vitaeque Ciceronis
non considerant, et maligni rerum omnium interpretes Ciceronis prudentiam scientiamque utendi foro et sese tempori accommodandi
25 levitatem vocant, rigidam illam Catonis gravitatem, inflexibilem in
proposito perseverantiam vocaturi caecam et obstinatam pertinaciam.

3 (primus ipse . . . consalutatus) *Cic. Pis. 6; Plin. nat. 7, 117; Plut. Cic. 23, 3* || **4** (primo . . . decreta) *Cic. Catil. 3, 15; Cic. Pis. 6* || **5** (civica) *Cic. Pis. 6; Gell. 5, 6, 15* | (obsidionali) *fons mihi ignotus; fortasse Vives perperam interpretatus est Plin. nat. 22, 13* || **6–7** (Cn. quoque . . . visurus) *Cic. Phil. 2, 12* || **8** (Servilio Rullo) = *P. Servilius Rullus: Or.-Bait., Onom. II, 544; RE II A, 1808–1809 (Servilius 80)* || **9–10** (iam inde . . . reges) *Liv. 2, 41: Sp. Cassio et Proculo Virginio consulibus (= anno a. u. c. 267) primum lex agraria promulgata est* || **10** (compescuit sedavitque) *Plut. Cic. 12; Cic. Pis. 4* || **10–11** (ipsis . . . abrogantibus) *Plin. nat. 7, 117* || **13** (aequitate et continentia) *Cic. fam. 15, 4, 1* || **14** (nec infelicius . . . administravit) *Cic. fam. 15, 4* || **14–15** (non fuisse . . . natum) *Liv. perioch. 111* || **17** (meruit . . . sociali) *Plut. Cic. 3, 1* || **20** (Eleutherocilices et Tebaranos) *Cic. fam. 15, 4, 10* || **25** (Catonis) = *M. Porcius Cato Censorius*

6 Cn. **BV** G **L** || **20** Eleutherocilices *scr.* (*Cic. fam. 15, 4, 10*) Eleuchencilicos **LBV** || **26** perseverantiam **L²BV** perseverantia **L**

35 At vero eas ob res a Cicerone in provincia gestas supplicatione in urbe illius nomine atque honore facta imperatorque appellatus, triumphi petitionem iniquitate temporum amisit. rediens enim ex Asia urbem civili discordia laborantem offendit plenamque tumultus accingentium sese utrisque ex partibus ad bellum. in qua dissensione tam prudenter se 5 gessit, ut Pompeianus Caesaris gratiam non amiserit. hinc cum respublica unius imperiis voluntatique pareret, ad studia illa adolescentiae tamdiu intermissa regressus, ea conscripsit quae vitam hominum omni virtutis numero instruere ornareque possunt, atque ea quidem plura quam tota vita summo in otio alii fecerunt. recepta postea republica tantum auctori- 10 tate atque industria valuit, ut M. Antonium, consulem atque ex Caesaris amicitia potentem, dominatus molitorem, sententiis suis ex urbe eiicere, hostem et proscriptum facere, armare contra ipsum duos consulares exercitus (et cum his veteranas Caesaris legiones) potuerit.

36 Hic est cursus vitae illius sapientissimi et divini viri. cum senex ipse 15 suis omnibus amicis, quibuscum familiariter suavique in consuetudine semper vixerat, viris sanctissimis atque optimis orbatus (Pompeio Magno, M. Catone, Servio Sulpicio, M. Marcello, Q. Hortensio, P. Servilio, L. Catulo, P. Lentulo, L. Afranio, M. Bibulo, L. Domitio, Appio Claudio, P. Scipione), privaretur potius morte quam viveret, nefariis 20

1–2 (supplicatione ... facta) *e. g. Cic. fam. 15, 5, 2; 15, 6, 2* || **2** (imperatorque) *e. g. Cic. fam. 2, 10, 3* || **2–3** (triumphi petitionem) *e. g. Cic. fam. 15, 4, 13; 15, 5, 2* || **3** (iniquitate ... amisit) *e. g. Cic. fam. 16, 11, 3; Plut. Cic. 37, 1* || **11–14** (M. Antonium ... potuerit) *Plin. nat. 7, 117; Plut. Ant. 17, 1* || **17** (Pompeio Magno) = *Cn. Pompeius Magnus: Or.-Bait., Onom. II, 469–478; KP IV, 1022–1026 (Pompeius A. I. 1); mortuus anno 48* || **18** (M. Catone) = *M. Porcius Cato Vticensis: Or.-Bait., Onom. II, 489–492; KP I, 1088–1089 (Cato 10); obiit anno 46* | (Servio Sulpicio) = *Ser. Sulpicius Rufus: Or.-Bait., Onom. II, 565–567; KP V, 428–429 (Sulpicius B. 4); obiit anno 43, mense Ianuario* | (M. Marcello) = *M. Claudius Marcellus: Or.-Bait., Onom. II, 157–158; KP I, 1207–1208 (Claudius I. 19); obiit anno 50* | (Q. Hortensio) = *Q. Hortensius Hortalus: Or.-Bait., Onom II, 290–292; KP II, 1229–1230 (Hortensius 7); obiit anno 50* | (P. Servilio) = *P. Servilius Vatia Isauricus: Or.-Bait., Onom. II, 544–545; KP V, 144 (Servilius 35); RE II A, 1812–1817 (Servilius 93); obiit anno 44* || **19** (L. Catulo) = *(L. = Lutatio) = Q. Lutatius Catulus: Or.-Bait., Onom. II, 367–368; KP III, 783 (Lutatius 5); obiit anno 61 vel 60* | (P. Lentulo) = *P. Cornelius Lentulus Spinther: Or.-Bait., Onom. II, 180–181; RE IV, 1392–1398 (Cornelius 238); ante Ciceronem obiit: v. Cic. fam. 9, 18, 2* | (L. Afranio) = *L. Afranius: Or.-Bait., Onom. II, 23; KP I, 108 (Afranius 2); obiit anno 46* | (M. Bibulo) = *M. Calpurnius Bibulus: Or.-Bait., Onom. II, 119–121; KP I, 1019 (Calpurnius I. 11); obiit ante annum 48* | (L. Domitio) = *L. Domitius Ahenobarbus: Or.-Bait., Onom. II, 226–228; KP II, 128–129; obiit anno 48* || **19.20** (Appio Claudio) = *Appius Claudius Pulcher: Or.-Bait., Onom. II, 148 (sub num. 11) et 151–152; KP I, 1208–1209 (Claudius I. 28); obiit paulo ante Pharsalicam pugnam* || **20** (P. Scipione) = *P. Cornelius Scipio Nasica = Q. Caecilius Metellus Pius Scipio: Or.-Bait., Onom. II, 184; 191–192; 105–106; RE IV, 1497 (Cornelius 352) et RE III, 1224–1228 (Caecilius 99); devictus in proelio ad Thapsam se occidit*

Antonii gladiis (quibus multi sunt alii absumpti optimi cives) apud Formianum suum exstinctus est, postrema illa emissa voce: 'moriar in patria saepe servata.'

'Fuit hoc', ut ipse idem Cicero de L. Crassi interitu scribit, 'luctuosum 37
5 suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus; sed ii tamen rempublicam casus secuti sunt, ut non illi vita erepta, sed donata mors esse videatur.' non vidit victos interemptosque suos Brutos, non C. Cassium, non Sex. Pompeium, non rempublicam illam servientem, cuius adeo fuit libertatis quietisque amator, ut exsulare maluerit quam in ipsa ferro decertare.
10 cumque post Caesaris mortem imperium dictaturam monarchiamque esset ipsi facile occupare, noluit maior esse quam ante Caesarem fuerat, nihilque magis laboravit quam ut suo in antiquo libertatis vestigio patria perduraret. propter id enim acerbissimas cum furiosis hominibus acceperat inimicitias: cum Catilina primum, deinde cum Clodio, postremo
15 cum Antonio; quas inimicitias magno animo et constantissime persecutus est: privatas enim simultates ipse interdum ponendas putavit, publicas numquam. ita enim se gessit cum Antonio, ut potuerit illi servire respublica, non potuerit Cicero. potuerit quidem ipse in mortem cogi, in preces non potuerit. haec agentem molientemque virum illum natum ad
20 reipublicae salutem, ut ipsa morbis et pestibus Antonii liberaretur, elapsa de manibus eius diu defensa et administrata republica, climactericus annus tertius et sexagesimus abstulit. cuius memoriam posteri excipientes anni semper ampliorem illustrioremque sequentibus tradiderunt et tradent; nec illam alia delebit dies quam quae finem quoque toti
25 humano generi dabit.

Praefationis in Leges Ciceronis finis.

1–2 (apud Formianum ... exstinctus est) *e. g. Sen. suas. 6, 17* || **2–3** (moriar ... servata) *Sen. suas. 6, 17* || **4–6** (Fuit hoc ... videatur) *Cic. de orat. 3, 8* || **7** (suos Brutos) = *1. M. Iunius Brutus: Or.-Bait., Onom. II, 319–324; KP I, 956–957 (Brutus 9); obiit anno 42; 2. D. Iunius Brutus Albinus (?): Or.-Bait., Onom. II, 318; RE Suppl. V, 369–385; mortuusne est post Ciceronis mortem?* | (C. Cassium) = *C. Cassius Longinus: Or.-Bait., Onom. II, 134–136; KP I, 1070–1072 (Cassius I. 15); obiit anno 42* || **7.8** (Sex. Pompeium) = *Sex. Pompeius Magnus: Or.-Bait., Onom. II, 478–479; KP IV, 1026–1028 (Pompeius A. I. 3); obiit anno 35* || **21–22** (climactericus ... sexagesimus) *Gell. 15, 7, 1–2*

6 ut non illi vita erepta **LBV** ut mihi non erepta L. Crasso a dis immortalibus vita *Cic.* || **21** climactericus *scr.* climatericus **LBV** || **26** Praefationis in Leges Ciceronis finis **L** FINIS **BV**

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI AEDES LEGVM AD EVNDEM MARTINVM PONTIVM IVRIS CONSVLTVM

1 Cum in humanam societatem venissem a deo nostro imperatore (sumus etenim homines hominum causa creati 'neque nobis nati solis', ut aiebat Plato), pedetentim in locum munitissimum pariter et amoenissimum quendam me contuli, quo nihil in terris affirmabant illi principi deo gratius atque iucundius. civitatem eam appellabant, ubi concilia coetusque hominum iure sociati, ubi iustitia et pax, ubi humanitas, fides, hospitalitas et aliae quae in hominibus hominum causa sunt virtutes. in medio quodam eiusce civitatis loco natura vallatissimo atque saeptissimo, unde tutari civitas tota facile poterat, arx quaedam aspectu quam iucundissima eminebat. ad quam me primum proripio, ut aedificium ingens factumque faberrime contemplarer, deinde ingressus spectaculis armisque visum pascerem et, si quid forsan novi esset, eius formam in nostram Valentiam mox transferendam curarem.

2 Vt ergo propius accessi, turrim conspicor a fundamentis ad fastigium amussi perpendiculoque rectissimo exaedificatam, totam sibi concolorem et consonantem. quae modo mihi ex mollissimo tofo, modo ex durissimo videbatur constare marmore. illic enim marmorum genera paene omnia divino potius quam humano constructa ingenio aspexi: Parium, Carariense, Luculleum, et viride quod Laconicum vocant, porphyriten quod dispunctum leucosticton, ophiten versicolorium, basaltem, onychinon alabastriten.

3 Et cum tot tamque diversae marmorum essent formae, in unaquaque

4 (Cum ... venissem) *simili modo Ciceronis Somnium Scipionis incipit: Cic. rep. 6, 9* || 5 (neque ... solis) *Plato epist. 9 (358a); v. Cic. fin. 2, 45 et off. 1, 22* || 7–8 (quo ... iucundius) *Cic. rep. 6, 13* || 8–9 (civitatem ... sociati) *Cic. rep. 6, 13* || 22 (Luculleum) *Plin. nat. 36, 49* | (viride ... vocant) *Plin. nat. 36, 55* || 22–23 (porphyriten ... leucosticton) *Plin. nat. 36, 57; 'dispunctum' hic significare videtur quasi punctis hinc indeque notatis; quae significatio etymologica (v. Forc.) nusquam invenitur; in Aegypto re vera porphyrites ruber candidis intervenientibus punctis invenitur: v. Plin. nat. 36, 57* || 23 (ophiten versicolorium) *Plin. nat. 36, 55* | (basaltem) *Plin. nat. 36, 58* || 23–24 (onychinon alabastriten) *Plin. nat. 36, 59–60*

1 LODOVICI **LB** LUDOVICI **V** || 2 EVNDEM **L** *om.* **BV** | MARTINVM **LV** MARTIVM **B** (*v. praef. p. VIII*) || 8 concilia *scr. perspicuitatis causa* (*v. Cic. Rep. 6, 13*) consilia **LBV** || 23 ophiten versicolorium, basaltem, *scr. et interpunxi* (*v. Plin. nat. 36, 55: ophites = serpentium maculis similis*) orphiten, versicolorium basaltem **LB** ophiten versicolorum; basalten; **V** || 23–24 onychinon alabastriten *scr. et interpunxi* (*v. Plin. nat. 36, 59–60 hunc aliqui lapidem – i. e. onychem – alabastriten vocant*) onychtiton, alabastriten **LB** onychiton; alabastriten **V**

tamen aliarum omnium cernebantur species; atque ita multum, ut unumquodvis marmorum cunctorum in se facies imaginesque habuisse credidisses et, cuicumque alteri rettulisses marmori, concolorium. cumque esset domus tam culta, tam speciosa, erat etiam (ut videbatur) recta
5 quod aiunt; nec blanda usque quaque et arridens, sed aspera nonnullis in locis atque cruenta, alias terrens, alias invitans et rogans. nulla ex parte saltus, deserta, montes, solitudines; undique civitatem hominesque ipsos spectabat. culmen, ex quo tota rectissima ad solum deducebatur, lex illa erat aeterna divina, quae universum mundum regit, imperandi
10 prohibendique sapientia, quae est mens omnia ratione aut cogentis aut vetantis dei; illaque 'non modo senior est quam aetas populorum et civitatum, sed aequalis illius caelum ⟨atque terras⟩ tuentis ac regentis dei'.

Miratus ego hanc rei adeo festivam lepidamque novitatem, cum ingredi 4
15 altiusque omnia rimari vellem, atriensem annosissimum quendam offendi, qui cum multis contendens hominibus eos ab aditu prohibebat; hic antiquus venerandae maiestatis, sed nonnulla in se habens, quae rancida videbantur quaeque putidum quiddam olebant.

Ad eum ego: 'parens optime, quis hic habet?' ille porrecta fronte et 5
20 deposito supercilio contuitus me intentius, velut noscitaret: 'tu', inquit, 'filie, si aves, audibis. nam ex nostris mihi videris congerronibus nosque amare. neque vernaliter arfor.' 'haec', inquam, 'dicis; quae tua est humanitas! congerro vero tuusne sim, parum scio: gerro certe, et magnus quidem, sum. sed profecto quis hic inhabitet scire maxime aveo.'

25 Tum ille: 'o quam, filie, fritinnio copi cuppedia; ut, quemadmodum 6

9 (lex . . . regit) *Cic. leg. 2, 8; v. et Cic. leg. 1, 23 et 1, 42* || **9–10** (imperandi . . . sapientia) *Cic. leg. 1, 18–19; 1, 33; 1, 42* || **10–11** (quae . . . dei) *Cic. leg. 2, 8* || **11–13** (non modo . . . dei) *Cic. leg. 2, 9* || **19** (quis hic habet) *Plaut. Bacch. 114* | (habet) = *habitat* (*Non. p. 317, 38*) || **20** (deposito supercilio) *Auson. p. 123, 8 Prete; Mart. 1, 4, 2* || **21** (filie) = *fili* (*Prisc. gramm. II 305, 5*) | (aves) = *cupis* (*Paul. Fest. p. 14*) | (audibis) = *audias* (*Non. p. 505*) | (congerronibus) = *conlusoribus, easdem exercentibus nugas* (*Non. p. 118*); *Ma. in indice: „congerro: is est quocum familiariter et facete confabulamur; Erasmus"; v. Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 346 = LB II, 526 B* || **22** (vernaliter) = *adulatorie* (*Non. p. 42*) | (arfor) = *affor* (*Prisc. gramm. II 35, 4*) || **23** (gerro) = *cerro, i. e. levis et ineptus* (*Paul. Fest. p. 40*) || **24** (aveo) = *cupio* (*Paul. Fest. p. 14*) || **25** (filie) *cf. supra* | fritinnio = *erigor et excitor* (*Non. p. 7*) | (copi) = *copiosa* (*Non. p. 84*) | (cuppedia) = *lautioribus cibis* (*Gell. 6, 16, 6; 7, 13, 2; Paul. Fest. p. 48*)

3 rettulisses *scr. perspicuitatis causa* retulisses **LBV** | concolorium **LB** (*v. p. 16 23* versicolorium) concolorum **V** || **12** atque terras *ins.* (*v. Cic. leg. 2, 9*) || **21** filie **LB** filiae **V** (= *filie*) || **22** vernaliter **LBV** (*vernaliter = verniliter; v. Forc. s. v. vernaliter*) || **23** gerro **LBV** (*gerro = cerro; v. app. fontium*) || **25** fritinnio **V** feritinnio **LB** (*mendum typographicum*) | cuppedia *scr. propter normam orthogr.* (*v. Thes. IV 1436*) cupedia **LBV**

elatas iam tot hornos taxim redandruantes, tango simitu cum glossa gentis Curinalis sapientiam reliquasque arteis et scientias pertertas, ita et mi, antequam dividia et tortis superbus fuam, esset tangere ocquiniscentem incursim umbram mendacissimam, apludam, canicas atque adeo rudus et foriam nomorum; et veras, duonas ollas, castas signatas 5 (quae omnes hostimento quodam naturali pactae sunt aereae) cum splendore sis in cascam dignitatem redhostire!

7 Quod friguttio ne nonquam fuat! et reliquae artes aliquando recententur privumque numen februatae accepsant, meliores aeneae semper

1 (hornos) = *ornos; Ma. in indice suo (514): „antiqui enim, ut ait Gellius, soni firmandi causa h litteram, seu mavis spiritum, plerisque vocibus inserebant"; v. Gell. 2, 3* | (taxim) = *sensim (Non. p. 178)* | (redandruantes) = *redeuntes (Non. p. 165)* | (simitu) = *simul (Non. p. 175)* | (glossa) = *lingua* || 2 (Curinalis) = *Quirinalis; Ma. ind. (512): „q enim littera plurimorum consensu aevi recentioris inventum est"; Varro ling. 6, 68: Quirites a Curensibus* | (pertertas) = *valde tersas (Non. p. 179)* || 3 (dividia) = *taedio (Non. p. 96)* | (tortis) = *tormentis (Non. p. 179)* | (superbus) = *mortuus (Non. p. 171)* | (fuam) = *sim (Non. p. 111)* | (esset tangere) = *esset ferire (Non. p. 408)* | (ocquiniscentem) = *se inclinantem (Non. p. 84 et 146); Ma. ind. (p. 516): „ocquiniscere perinde est atque hominem vel cetera animalia se incurvare aut inflectere ut ventrem exonerent"* || 4 (incursim) = *celeriter (Non. p. 127)* | (apludam) = *frumenti furfurem (Non. p. 69–70; Paul. Fest. p. 10–11)* | (canicas) = *furfures (Non. p. 88)* || 5 (rudus) = *stercus (Non. p. 18)* | (foriam) = *stercora liquidiora (Non. p. 114)* | (nomorum) = *legum* | (duonas) = *bonas (Paul. Fest. p. 67)* | (ollas) = *illas (Varro ling. 7. 42)* | (signatas) = *virgines (Non. p. 171); castae virgines translate significant bonas leges priscasque; vide sis etiam quae Non. p. 439 scripsit de virgine pacta (v. infra); itaque non consentio Maiansio, qui 'signatas' interpretatur 'egregias' (ind. p. 517)* || 6 (hostimento) = *aequamento (Non. p. 3); = beneficii pensatione (Paul. Fest. p. 102); Thes. VI 3055: hostimentum = id quod datur, agitur, hostiendi, aequandi pensandi gratia* | (pactae) *Non. p. 439: virgo, priusquam petatur, 'sperata' dicitur; . . . dehinc promissa 'dicta' vel 'pacta' vel 'sponsa' dici potest* | (aereae) = *ex aere factae; hae virgines meo iudicio sunt leges priscae; leges autem priscae κατ' ἐξοχὴν eae sunt quas dicimus XII Tab., quae in aes incisae erant: Liv. 3, 57, 10; Dion. Halic. 10, 57, 7; v. RE IVA, 1918* || 7 (sis) = *suis (pro* suo, *v. p.* 21, 6)*; v. Paul. Fest. p. 300* | (cascam) = *antiquam (Paul. Fest. p. 47); = veterem (Varro ling. 7, 28)* | (redhostire) = *reddere (Non. p. 165)* || 8 (friguttio) = *sussilio cum sono; vel erigor et excitor (Non. p. 7 et p. 138)* | (fuat) = *fiat (Non. p. 111)* | (recententur) = *noventur (Non. p. 167)* || 9 (privumque) = *propriumque (Non. p. 35)* | (numen) = *ornatum (Non. p. 143)* | (februatae) = *purgatae et purefactae (Non. p. 114)* | (accepsant) = *accipiant (Non. p. 74)* | (meliores aeneae) = *meliores leges priscae (v. supra)*

1 hornos **LBV** (*lectio servanda; hornos = ornos; v. app. fontium*) || 3 dividia **LV** dividua **B** || 6 naturali **BV** naturai **L** || 7 dignitatem **LV** dignitatum **B** | redhostire *scr.* (*v. normam orthographicam quam èxposui in praef.; v. et Non. p. 165*) redostire **LBV** || 8 friguttio *scr.; orthographia: v. Thes. VI 1339* frigutio **LBV** | nonquam **LV** nunquam **B**

verminentur atque in totum frientur et fracessant. quibus olim demagis putum quid fuit? atque id quoniam Manliana iussa aetate in eas acerba infabre agunt cerriti quipiam inuncatores, mencipes et convasatores dignitatis ollarum, qui aliud quam sublestas stlites (sed everriculum 5 totius orbis usiae, quo decalauticant fellantque universa) non exspectant, velut foculator omnium cimmeriarum furvitatum Accorsios, deinde durior ille et stupidior saxo et ferro ex quo fuit, et huius mali corvi malum et bardum ovum, et Nuntius quidam ex Aretio, et Immolanos, quos mi cunctos unose immolatos et exdorsuatos atque in sublime⟨m⟩ gabalum

1 (verminentur) = *torqueantur* (*Non. p. 40*) | (fracessant) = *frientur et putrefiant vetustate* (*Non. p. 62*) | (demagis) = *valde magis* (*Non. p. 98*); *hic autem: magis* (*sic recte Ma. ind. 512; v. Thes. V 474*) || **2** (putum) = *purum* (*Non. p. 27*) | (Manliana ... acerba) = *iussa acerba Manliana aetate in eas; Ma. ind. 515: „Manlius Romanus ea fuit ferocia, ut filium, quia adversus edictum in hostem pugnavit, ad palum iusserit deligari et securi percuti; indeque factum ait Livius ut Manliana imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent"; v. Liv. 8, 7, 22* || **3** (infabre) = *foede* (*Non. p. 40*) | (cerriti) = *male sani* (*Non. p. 44*) | (inuncatores) = *qui quasi unco invadunt et arripiunt* (*cf. Non. p. 124*) | (mencipes) = *mente capti* (*Prisc. gramm. II 26, 13*) | (convasatores) = *qui furto omnia colligunt* (*cf. Non. p. 87*) || **4** (ollarum) = *illarum* (*Varro ling. 7, 42*) | (sublestas) = *leves, frivolas* (*Non. p. 177*) | (stlites) = *lites* (*Paul. Fest. p. 312*) | (everriculum) = *genus est retis piscatorii* (*Non. p. 34*) || **5** (usiae) = *οὐσίας, essentiae* (*cf. Quint. inst. 3, 6, 23*) | (decalauticant) = *spoliant* (*Non. p. 97*) | (fellantque) = *exsuguntque* (*Non. p. 113*) | **6** (foculator) = *qui foculat, qui fovet* (*cf. Non. p. 9–10*) | (furvitatum) *Ma. ind. 513: „furnitates* [*v. app. crit.*] *sunt res atrae aut obscurae; furvum enim veteribus erat nigrum"; de voce furvus v. infra; et furnitas et furvitas deest in Thes.; propter etymologiam scripsi* furvitatum | (Accorsios) = *Accursius; v. H. Coing, Handbuch der Quellen und Literatur der neueren europäischen Privatrechtsgeschichte, I. Mittelalter (1100–1500). Die gelehrten Rechte und die Gesetzgebung, München 1973, passim* || **6–7** (deinde ... fuit) = *Bartolus de Saxoferrato, v. Coing passim* || **7–8** (huius mali ... ovum) = *Baldus de Vbaldis, v. Coing passim; de proverbio Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 233–234 = LB II, 343E–344E* || **8** (bardum) = *tardum* (*Non. p. 10*) | (Nuntius ... Aretio) = *Angelus Aretinus, v. Coing 175 et 221; = Angelus de Gambilionibus Aretinus, v. et Ma. interpr. et ind. 509 et 516* | (Immolanos) = *Immolanus = Ioannes de Imola* (*Ma. ind. 515*); *v. Coing 270 et 381* | **9** (unose) = *simul* (*Non. p. 183*) | (exdorsuatos) = *dorso nudatos* (*Non. p. 17*) | (gabalum) = *crucem* (*Non. p. 117*)

1 fracessant **LBV**; *lectio servanda: legitur in ed. Non. 1513, col. 1251, 12; nunc* fracescant (*v. Thes. VI 1225*) || **3** cerriti **LB** (*v. Non. p. 44*) ceriti **V** | quipiam *scr.* quippiam **LBV** | convasatores **LBV** (*haec vox non invenitur in Thes.; v. app. fontium*) || **5** decalauticant **LB** (*v. Thes. V 116; Non. p. 97*) decalanticant **V** (*quae forma invenitur in Forc. s. v. decaluatico*) | exspectant *scr.* (*propter normam orthogr.*) expectant **LBV** || **6** furvitatum *scr.; vox ut opinor a Vive formata a furvus, -a, -um; v. app. fontium* furnitatum **LBV** || **8** Nuntius *scr. propter normam orthogr.* nuncius **LB** Nuncius **V** || **9** in sublimem *scr.* (*genus masc. patet ex Capitol. Opil. 11, 6; ex Non. p. 117 non liquet*)

dierectos maxumus tangere duit Aesar, antequam porrigines gangraenas et illas conscribellassent nomorum.

8 Sunt et alii (nam multesima haec est colluvio) assae totius squalae ac alienae feritatis, et omnium fallarum atque iniuriarum com omni proluvio collutulantes, obvarantes atque exfundantes cunctum ius, postremo 5 universa †speciei porcentes† et taetrantes; quorum nomenclaturae mi atque orbi toti sunt tam querquerae obscenaeque, ut exsterner ollos nominari quom audio. quos autumo ad bostum quietis homonum esse a viro Daedalaque maga in hoc medium universi elementum immissos.

9 Et quod mehe magis deartuat et corporat, in iudiciis iniquantes ho- 10 mones, triconum principes et optumi perperones tam aurigantur ut,

1 (dierectos) = *crucifixos* (*Non. p. 49*) | (duit) = *det* (*v. Thes. V 1659–1660*) | (Aesar) = *deus* (*Etrusca lingua; v. Suet. Aug. 97*) | (gangraenas) = *cancrum* (*Non. p. 117*) || 2 (conscribellassent) = *conscripsissent* (*Non. p. 82*) | (nomorum) = *legum* || 3 (multesima) *Thes. VIII 1582: multesimus = unus e multis* (*cf. Non. p. 136*); *hic autem multesima = maxima, frequentissima* | (colluvio) = *labes ex immunditia* (*Non. p. 82*) | (assae) = *merae* (*Non. p. 76–77*) | (squalae) = *squalidae* (*Non. p. 172*) || 4 (fallarum) = *fallaciarum* (*Non. p. 109*) | (com) = *cum* (*v. Thes. IV 1339, 65 sq.*) | (proluvio) = *profusione* (*Non. p. 373*) || 5 (collutulantes) = *dedecorantes* (*Non. p. 84*) | (obvarantes) = *pervertentes, depravantes* (*Non. p. 147*) | (exfundantes) = *a fundo evertentes* (*Non. p. 108*) || 6 (speciei porcentes) *v. app. crit.* | (taetrantes) = *foedantes, polluentes* (*Non. p. 178*) | (nomenclaturae) = *nomina* || 7 (querquerae) = *frigidae cum tremore* (*Paul. Fest. p. 258*) | (obscenaeque) = *immundaeque, vitabilesque, maleque dictae* (*Non. p. 356–357*) | (exsterner) = *consterner* (*Non. p. 108*) | (ollos) = *illos* (*Varro ling. 7, 42*) || 8 (quom) = *cum* (*v. Thes. IV 1378, 35*) | (autumo) = *dico* (*cf. Non. p. 237*) | (bostum) = *bustum* | (homonum) = *hominum* (*v. Thes. VI 2871, 83–2872, 6*) || 8–9 (a viro ... maga) *Ma. ind. 512–513: hic locus respicit „sine dubio ad hos versus Ovidii Metamor. Lib. i: inde genus durum sumus experiensque laborum, / et documenta damus qua simus origine nati“* (*Ov. met. 1, 414–415*) || 10 (mehe) = *me* (*cf. Quint. inst. 1, 5, 21*) | (deartuat) = *per artus concidit seu discindit* (*Non. p. 62 et p. 95*) | (corporat) = *interficit* (*Non. p. 20*) | (iniquantes) *verbum iniquare laudatur a Non. p. 126; de significatione v. Thes. VII 1639: iniquare = iniquum, sc. non tranquillum, reddere* | (homones) = *homines* (*v. Thes. VI 2871, 83–2872, 6*) || 11 (triconum) = *morosorum* (*Non. p. 22*) | (perperones) = *indocti homines* (*a perperus, -a, -um; cf. Non. p. 150*) | (aurigantur) = *moderantur ac regunt* (*Non. p. 70*)

1 duit **V** diuit **LB** | porrigines **BV** porrigenes **V** | gangraena **BV** gangrenas **L** || 2 conscribellassent **LBV** *lectio servanda: legitur in ed. Non. 1513, col. 1238, 19; nunc* conscribillassent (*v. Thes. IV 373*) || 3 squalae **V** (*v. Non. p. 172*) scallae **LB** || 5 obvarantes *scr.* (*v. Non. p. 147*) obvarvantes **LBV** || 6 speciei porcentes **LBV** *legere velim* speciosa spurcantes *vel* speciosa sporcantes; (*littera -o- augetur nota antiquitatis; v. p. 20, 8;* bostum = *bustum*); *vox* porcentes *parum idonea videtur: v. Non. p. 61 et p. 159: = prohibentes* | taetrantes *scr. propter normam orthogr.* tetrantes **LBV** || 7 obscenaeque **BV** (*quae forma nostrae normae orthogr. congruit*) obscoenaeque **L** | exsterner *scr. propter normam orthogr.* externer **LBV** || 8 quom **LV** quum **B** | bostum **LBV** (*haec forma non legitur in Thes.; = bustum*) | homonum **V** (*recte: v. p. 20, 10*) humonum **LB** || 9 Daedalaque **BV** (*congruit nostrae normae orthogr.*) Dedalaque **L**

voluntas seu adsit seu facessat, oblitteratis ollis cascis hostientissimis nomothetis, nomophylacibus, consoltoribus passim musti †musiones† isti com suis somnorinis hauriendi sint. olli nunc vespillones (pax!) opuliscunt, flavissas habessunt; olli adipati luc⟨id⟩a vestimenta tunicantur; 5 olli praeter omnem bonum oisum rationemque homanam dapalibus fruniscuntur. boni et frugi macelli petilique cum sis gramia et esurigine atque aporia vegrandi, glutta gigeria (quid haec?), bohillas atroces atque utinam helvella et myctirim aliquam cum apisci queunt, sufetes

1 (facessat) = *recedat* (*Non. p. 306*) | (oblitteratis) = *obscurefactis et in oblivione ductis* (*Non. p. 146*) | (ollis) = *illis* (*Varro ling. 7, 42*) | (cascis) *v. p. 18, 7* | (hostientissimis) *ab hostire: 1*) = *aequa reddere* (*Non. p. 3*)*; 2 a*) = *comprimere, caedere* (*Non. p. 121, 14*)*; 2 b*) = *offendere, laedere* (*Non. p. 121, 17*) || **2** (musti) = *novelli* (*Non. p. 136*) | (musiones) *v. app. crit.; mustiones vel musciones sunt genus muscarum quae in vino nascuntur* (*Isid. orig. 12, 8, 16; v. Thes. VIII 1697*) || **3** (somnorinis) = *somniis et rebus inanibus* (*cf. Non. p. 172 s. v. somnurnus*), *v. app. crit.* | (olli) = *illi* (*Varro ling. 7, 42*) | (opuliscunt) = *ditescunt, locupletantur* (*cf. Non. p. 148*) || **4** (flavissas) = *thensauros* (*Non. p. 112; Gell. 2, 10, 3*) | (habessunt) *in Cic. leg. 2, 19 habessit* = *habuerit; Vives autem ex ea forma infinitivum deduxit habessere pro habere* | (olli) = *illi* (*Varro ling. 7, 42*) | (adipati) = *pingues, opimi* (*Non. p. 69*) | (lucida) *v. app. crit.* | (tunicantur) = *vestiuntur* (*Non. p. 182*) || **5** (oisum) = *usum* (*v. Mart. Cap. 3, 236*) | (dapalibus) = *cenis amplis dapibus plenis* (*Non. p. 95*) || **6** (fruniscuntur) = *fruuntur* (*Non. p. 113*) | (macelli) = *macilenti* (*Non. p. 136*) | (petilique) = *tenuesque, exilesque* (*Non. p. 149*) | (sis) = *suis* (*Paul. Fest. p. 300*) | (gramia) *cf. Non. p. 119: gramiae, pituitae oculorum* | (esurigine) = *fame* (*cf. Non. p. 106*) || **7** (aporia) = *ἀπορία; Ma. ind. 511: „aporia pro indigentia etiam usus est Cicero"; cf. Cic. Att. 7, 21, 3* | (vegrandi) = *valde grandi* (*Non. p. 183*) | (glutta) = *levia, tenera* (*Paul. Fest. p. 98*) (*etiam: tenacia, cohaerentia; v. Thes. VI 2048*) | (gigeria) = *intestina gallinarum †conhisetita† cocta* (*Non. p. 119*) | (bohillas) *Non. p. 122: 'hillas intestina veteres esse dixerunt; unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnera trahens advenerit'; quae interpretatio non solum nugatoria est* (*v. Thes. II 2151*), *sed et nostro loco inepta; Ma. ind. 512: „bohillae vox est contracta ex nomine bos et hilla; hilla vero intestinum est; unde liquet significatio bohillae"* | (atroces) = *crudes* (*Non. p. 76; Paul. Fest. p. 18*) || **8** (helvella) = *holera minuta* (*Paul. Fest. p. 103*) | (myctirim) = *paupercula pulmentaria* (*Non. p. 137*)*: v. app. crit.* | (apisci) = *adipisci, invenire* (*Non. p. 74 et p. 68*) | (sufetes) = *consules lingua Poenorum* (*Paul. Fest. p. 308*)

1 oblitteratis *scr. propter normam orthogr.* obliteratis **LBV** || **2** consoltoribus **LV** (*quae forma non legitur in Thes.*) consultoribus **B** | musiones **LBV** *legam* musciones *vel* mustiones (*cf.* hauriendi sint*; v. app. fontium*) || **3** com **BV** (*cf. p. 22, 11*) cum **L** | somnorinis **LBV** *lectio servanda: legitur in ed. Non. 1513, col. 1289, 60; v. app. fontium* || **4** flavissas **LBV** (*quae varia orthogr. etiam legitur in Non. p. 112 et Gell. 2, 10, 3*) | lucida *scr.* luca **LBV** (*interpretatio Maiansii* [*515: „lucus: adiectivum, quasi lucidus; a lux"*] *nullo teste confirmari potest*) || **6** petilique *scr. propter normam orthogr.* (*Non. p. 149*) petillique **LBV** || **7** glutta *scr.* (*orthogr.: Thes. VI 2048*) glutas **LB** gluta **V** | gigeria *scr.* (*v. Thes. VI 1997*) gigeritas **LB** gigerita **V** || **8** helvella **LB** (*quamquam varia orthogr.* heluela) *servavi genus neutr.: cf. Paul. Fest. p. 103; Thes. VI 2598, 19* heluelas **V** | myctirim **LBV** *lectio servanda: v. app. crit.* (*ed. Lindsay*) *ad Non. p. 137* (*s. v. mictilis*) | sufetes *scr. propter normam orthogr.* suffetes **LBV**

esse rentur sehe, peniculamento diloricato amicti; et fiunt vix hectae!

10 Vtinam a tehe tisque aliis similibus sociennis, qui veteres ollas et veras sophias calendari atque exterebrare commalaxatis, prosferarem uti huc innuberetis et aedituaremini; neque tudicularet prognariter impancrare 5 has allodapas et atroces copias fastidilitas, ut eas de optima thesmorum aerearumque possessione luxaretis, evallaretis, abiugaretis, averruncasseretis prorsus. dapaticum esset opus; et crepera res non est, sed mana; quin Tutanus et Tutilina inibi adessent; tum et etiam neutiquam furvum, quin verum iustumque nihil pigrarent, nihil protollerent et vobis, paulum 10 licitante et annitente, sehe ipsae summa com Fugia assererent.'

1 (sehe) = *se (quae forma non exstat; sed mehe = me; v. Leumann 282–283)* | (peniculamento) *Non. p. 149: peniculamentum a veteribus pars vestis dicitur; Forc.: „lacinia in modum peniculi seu caudae dependens"* | (diloricato) = *scisso (Non. p. 101)* | (hectae) *Paul. Fest. p. 99: hetta res minimi pretii; v. app. crit.* || **3** (tehe) = *te (quae forma non exstat; sed mehe = me; v. Leumann 282–283)* | (tisque) = *tuisque* | (sociennis) = *sociis (Non. p. 172)* | (ollas) = *illas (Varro ling. 7, 42)* || **4** (calendari) *v. app. crit.* | (exterebrare) = *scrutari (Non. p. 62)* | (commalaxatis) = *exercetis (Non. p. 82)* | (prosferarem) = *impetrarem (Non. p. 158); v. app. crit.* || **5** (innuberetis) = *transiretis (cf. Non. p. 125: quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum transeunt)* | (aedituaremini) = *aedem tueremini (Non. p. 75)* | (tudicularet) = *commoveret (Non. p. 178)* | (prognariter) = *strenue, fortiter et constanter (Non. p. 150 et p. 154)* | (impancrare) = *invadere (Non. p. 59)* || **6** (allodapas) *haec vox non legitur in Thes.; Ma. ind. 511: „allodapa quasi altus dapibus seu laute epulatus"; fortasse autem = ἀλλοδαπάς = alienigenas* | (fastidilitas) *Non. p. 112: fastidiliter, fastidiose; Ma. ind. 513: = molestas; adiectivum fastidilitus non legitur in Thes.* | (thesmorum) = *θεσμῶν* || **7** (aerearumque) = *legumque; v. p. 18, 6* | (evallaretis) = *excluderetis (Non. p. 102)* | (abiugaretis) = *separaretis, alienaretis (Non. p. 73)* | (averruncasseretis) *Non. p. 74: averruncare, avertere; Vives autem utitur infinitivo* averruncassere || **8** (dapaticum) = *amplum ac magnificum (Paul. Fest. p. 68)* | (crepera) = *dubia (Non. p. 13)* | (mana) = *bona (Varro ling. 6, 4); = clara (Non. p. 66); v. Thes. VIII 368–369; Ma. ind. 515: = facilis (cuius interpretationis fons mihi ignotus est)* || **9** (Tutanus et Tutilina) *cf. Non. p. 47: deus deaque a tutando seu tuendo* | (furvum) = *atrum (Gell. 1, 18, 4; Paul. Fest. p. 84 et p. 93)* || **10** (pigrarent) = *retinerent (Non. p. 153)* | (protollerent) = *differrent (Non. p. 159)* || **11** (licitante) = *congrediente, pugnante (Non. p. 134)* | (sehe) = *se; v. p. 22, 1* | (com) = *cum (v. Thes. IV 1339, 65 sq.)* | (Fugia) *Ma. ind. 514: „dea laetitiae apud Romanos ob fugatos hostes"; fons?*

1 rentur *scr.* reentur **LBV** | hectae **LBV** *lectio servanda: v. partem codd. Paul. Fest. p. 99 (v. ed. Lindsay s. v. hetta)* || **4** calendari **LBV** *(quod verbum non legitur in Thes. neque in indice Maiansii 511 sq.; fortasse calendari = καλινδεῖσθαι (= occupatum et assiduum esse in aliqua re; v. Stephanus, Thes. Graecae linguae, ed. C. B. Hase, G. Dindorfius, L. Dindorfius, IV, Parisiis 1841, 873–874)* | prosferarem **LBV** *lectio servanda: invenitur in parte codd. Non. p. 158 (v. ed. Lindsay s. v. prosperari)* || **5** aedituaremini **LBV** *lectio servanda: v. verbum aedituari apud Non. p. 75 (verbum itaque primae coniug.)* || **6** fastidilitas **LBV** *(hoc adiectivum non invenitur in Thes.; v. app. fontium)* || **7** averruncasseretis *scr. (orthogr.: v. Thes. II 1316)* averuncasseretis **LBV** || **8** crepera *scr.* creprera **LBV** *(quae forma deest in Thes.)* || **9** furvum **V** furum **LB** || **11** annitente *scr.* anitante **LBV**

'Hui', tum inquam, 'quid iste mihi sermonis tam diu a me auscultatus 11
loquitur? quaeso, pater, putasne te loqui cum matre Euandri aut cum
aliquo ex vatibus, Faunis vel Aboriginibus? si vis te intelligam, recentiore
utere sermone; namque ego non sum natus Aenea Lavinium condente
5 neque fui Salius frater aut sodalis Titius, qui tam obsoletam intelligerem
linguam.' 'quid', inquit ille, 'sumne arfatus te supersaeptuose?' 'quid',
inquam, 'supersaepta quaeris? ne hoc quidem intelligo.' 'papae! con-
gerro', inquit ille, 'non agnoscis haec castrensia verba, quibus nugari
solemus, ut alii circum nos aperto stent ore admirabundi, venerabundi
10 etiam? vis igitur ut tuatim loquar, quando meatim locutum non intellexti
et vescum dixti sermonem ad quem vultuabaris, quum tamen nullus
perscrutari domum hanc legum rite possit, qui plene veram tersamque
latinitatem et antiquariam hanc modice saltem non imbiberit? an non
vides tot ante fores *στομάργους ἐριστοὺς* obversantes nec introeuntes,
15 quippe qui a me institui aspernantur, qui sum in id solum hic constitutus,
ut ad huius aedis ingressum viros huc adventantes idoneos reddam?
namque sunt tantae, ut inquit Cicero, antiquitatum effigies et verborum
prisca vetustas, actionum genera maiorum consuetudinem vitamque
declarantia (in vestibulo, atrio, xystis, porticibus, aulis, cenaculis,
20 cenationibus, diaetis, areis, conclavibus, adytis, cubiculis, cameris,
horreis), ut qui ad illa sine antiquitatum cognitione tentet ire, frustratus
voto *πρὸς λύραν ὄνον* in rei progressu sese inveniat necessum est. sed
his finem demus; interrogationi tuae paucis respondebo.

Habitant hic (ut de hominibus taceam) iustitia, prudentia, temperan- 12
25 tia, fortitudo, salus, amor, pax, concordia, victoria, fides, bonis solacium
et quale optant otium; malis et consceleratis hominibus terror, damna,
vincula, ignominiae, verbera, exsilia, mors parata, salva inter improbos
innocentia et horum retardata compressaque audacia, civitatis incolumi-
tas, vita hominum quieta et beata; hic itidem religio habitat, sanctitas,
30 laus, honor bonis et gloria, castitas et pudicitia securae, orphanorum et

6 (arfatus) *v. p. 17, 22* | (supersaeptuose) *Non. p. 170: 'saeptuose, obscure'; supersaeptuosus non in Forc.* || **7** (supersaepta) *non in Forc.* | (congerro) *v. p. 17, 21* || **10** (tuatim) = *tuo more* (*Non. p. 179; Char. gramm. I 185–186*) | (meatim) = *meo more* (*Char. gramm. I 185–186*) | (intellexti) = *intellexisti* (*e. g. Ter. Andr. 201; v. Thes. VII 2096*) || **11** (vescum) = *obscurum* (*Non. p. 186–187*) | (dixti) = *dixisti* (*e. g. Plaut. Asin. 823; v. Thes. V 967, 34–38*) | (vultuabaris) *Ma. ind. 518: „vultuari quasi varios vultus facere"; haec significatio non legitur in Forc.* || **17** (Cicero) *cf. de orat. 1, 193* || **22** (πρὸς λύραν ὄνον) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 114 = LB II, 164B–165B*

2 Euandri **LB** Evandri **V** || **4** Lavinium **BV** Lavinum **L** || **6** supersaeptuose *scr.* super saeptuose **L** superseptuose **BV** || **7** supersaepta *scr.* super saepta **L** supersepta **BV** || **10** locutum *scr. propter normam orthogr.* loquutum **LBV** || **11** vultuabaris **LBV**; *v. app. fontium* | quum **LBV** *lectio servanda: senex enim sensim ad sermonem recentiorem revertitur*

viduarum consolata orbitas; proborum locupletatur paupertas; hic artes illae, hic scientiae, hic illae antiquorum tres Gratiae, hic novem Musae; hic virtuti, modo aliud praeter se ipsam desideret, suum est certum paratumque praemium. suspice, suspice, et in supero limine perlege versus: 5

> 'crescite, virtutes, fecundaque floreat aetas.
> ingeniis patuit campus certusque merenti
> stat favor: ornatur propriis industria donis.
> surgite, sopitae, quas obruit ambitus, artes.
> nil licet invidiae, domus haec dum praesidet orbi.' 10

13 Illa enim omnia vigentibus legibus vigent, quibus debilitatis atque prostratis ne punctum quidem temporis exstant. idcirco magnus ille ac prudentissimus Aristoteles civilem scientiam architectonicam dominatricemque appellat; haec enim, inquit, et quas disciplinas in civitatibus esse et quales quemque addiscere et quousque oporteat disponit; quid 15 quemque agere et a quo abstinere ipsa constituit. idque se audacius dicere ait Cicero: 'praepotens et gloriosa philosophia hosce habet fontes omnium disputationum suarum, quae in iure civili et legibus continentur; ex his enim cum dignitatem maxime expetendam esse videmus, tum vero et iustus ac honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur'; 20 cui sententiae personam L. Crassi assignando iudicium suum cum illius auctoritate coniunxit. atque equidem ne nos ipsa fallant vocabula, 'cum dico legem', eodem auctore Cicerone, totius eloquentiae Romanae principe, 'a me dici nihil aliud intelligi volo quam imperium, sine quo nec domus ulla nec civitas nec gens nec hominum universum genus stare 25 nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest: nam et hic deo paret et huic oboediunt maria terraeque, et hominum vita iussis supremae legis optemperat'.'

14 Hic ego: 'obsecro', inquam, 'optime pater, quando introeundi mihi aviditatem exauxisti et iam multo notiore loqueris sermone, age fare: 30 poterone et ego istius aedis visere penetralia, sacra sacraria, mysteria omnia et sacramenta conspicere?' 'quid prohibet?' inquit ille; 'tu certe quam illiterati illi multo rectius, verius, clarius.' tum ego: 'ante vero

6–10 (crescite . . . orbi) *Claud. 16, 261–265* || **13–16** (Aristoteles . . . constituit) *Eth. Nic. 1, 2 (1094a–b)* || **16–22** (idque se . . . coniunxit) *Cic. de orat. 1, 193–194* || **22–28** (cum dico . . . obtemperat) *Cic. leg. 3, 3* (*initium leviter mutatum*)

4 limine **L²BV** lumine **L** || **6** crescite **LBV** *pars codd. Claud.* (*v. etiam ed. Birt*) crescant *Claud.* (*in ed. Simon*) || **10** domus . . . orbi **LBV** Stilicho dum prospicit orbi *Claud.* || **17** praepotens . . . habet **LBV**; *v. Cic. de orat. 1, 193: initium leviter mutatum* || **18** quae **LBV** qui *Cic.* || **19** cum **LBV** et *Cic.* || **19–20** tum vero et iustus **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Kumaniecki*) cum virtus et iustus *Cic.* (*in ed. Kumaniecki*) || **30** exauxisti **L** adauxisti **BV**

quam introducor, summopere velim te percontari: qui fit ut tam nobile, conspicuum et, ut videtur, forte etiam aedificium non validius sit quam aranei tela? nam id unus ex septem Graeciae sapientibus Solon (idem quoque legum sanctissimarum prudentissimus lator) praedicare consueverat, quod et Catonis illius senioris (id est Romanae gravitatis) sententia confirmare visa est: minutulae, dicebant ipsi, bestiolae velut muscae, culices, formicae et id genus animalia irretita cassibus illis detinentur; at maiora, ut canes, feles, oves, equi et similia, tenui rupta structura indemnia evadunt.'

15 Atriensis vero, nihil his commotus verbis, leni sermone respondit: 'leges, quarum est germana iustitia, rectae (sicut aedificio hoc contueris) aequabilesque omni sui sunt parte. hae vero per se mutae sunt atque surdae: nihil ipsae nec loquuntur nec audiunt; ad haec nec vident ipsae quicquam. at viri quidam his adhibentur, quibus loquentibus ipsae loquantur, quibus videntibus ac audientibus videant ipsae atque audiant. hos iudices appellare soliti sumus, quos ἀπὸ τῆς δίκης δικαστὰς Graecia nominavit; qui et loquentes leges dicuntur, quemadmodum etiam leges mutos iudices merito quis appellarit. hi si praesidenti iustitiae sese voluerint conformare, cuius imaginem Chrysippus Stoicus philosophus optime depinxit, exhibebunt sese graveis, sanctos, incorruptos, severos, inadulabiles, castos, temperatos, prudentes, quos nec gratia flectet nec timor deterrebit humanus: odio, amicitia, ira vacabunt atque misericordia: non patientur umquam argentanginam nec argenteis hastis oppugnabuntur. vides ut neque clivum huius nostrae arcis asinus, quemadmodum Philippus Macedo dicebat, auro onustus, cui sunt omnia fere pervia, possit conscendere.

16 Quod si aliqui iudices inveniantur, ut esse quamplurimos haud dubito (modo ii iudices iure sint appellandi), qui bovem (ut aiunt) in lingua facile ferant, qui nummorum missilibus conniveant, immo et oculos claudant aut minis summatum valde turbentur atque commoveantur, hi sunt qui bestiolis imbecillibus acres sunt et severi. maiores vero

3 (Solon) *cf. Plut. Sol. 5, 2 (v. etiam p. 26, 13)* || **5** (Catonis) *fons mihi ignotus* || **12–18** (hae vero . . . appellarit) *Cic. leg. 3, 2* || **19** (Chrysippus) *Gell. 14, 4* || **23** (non patientur argentanginam) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 186 = LB II, 269 B–D* || **23–24** (argenteis hastis oppugnabuntur) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 410 = LB II, 624 A–B* || **25** (Philippus) *Cic. Att. 1, 16, 12* || **28–29** (bovem . . . ferant) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 185–186 = LB II, 268 C–269 B*

1 percontari **L** (*orthogr. in* **L** perconctari)   percunctari **BV** || **2** etiam **L** (*abbreviatur in* **L** ēt)   esset **B**   esse **V** || **7** animalia *scr.* (*quae vox enim abbreviatur ut al'ia*)   alia **LBV** || **10** nihil **BV**   nihilo **L** || **11** rectae **V**   recte **LB** (= *rectae*) || **14** quicquam **LB**   quidquam **V** | quidam **L**   quidem **BV** || **16** hos **BV**   hoc **L** || **20** exhibebunt **L²BV**   exhibebuntur **L** | graveis **LB**   graves **V** || **23** argentanginam **V**   argentaginam **LB** || **24** clivum **V**   clivium **LB**

minimo quoque eorum motu expavescunt, iudicia, iura, leges, iustitiam deserunt. eae sunt aranei telulae, quae minutula irretiunt animalia, maioribus cedunt; neque vero iis solis, sed levibus quoque, cum maioribus libet. quamobrem non iura neque leges, sed nebulones quidam et iudices nihili sunt araneae, qui neque iudices vere sunt (id est, ius dicentes) 5 neque dicastae (quasi iuris sacerdotes) neque leges loquentes. non enim in huiusmodi perditorum hominum vocibus leges constitutae sunt, sed naturae norma; ad quas iudicia sua qui accommodat, is solus *ἀδέκαστος*, is Aegyptius iudex, is Bocchyris ille stachane quoque (ut Dores aiunt) aequior, is demum iudex, is demum iustitiae antistes censendus est. 10 ceteri vero non pluris faciendi quam in scaenis aut in picturis iudices: qui iudicis nomen tantummodo habent, re omnino carent. quapropter sui dicti sive Solon Salaminius sive Scythes Anacharsis sive (ut tu etiam dixisti) Tusculanus Cato rationem viderit, cum ego neque iudices neque leges aranei telas esse videam.' 15

17 Haec cum dixisset, constitit paulisper. et ego: 'mirum quam tuus iste me sermo, pater, oblectarit; sed quaeso dic mihi: ut si umquam hanc in aedem penetraro (quamvis nunc non sit animus), quanam via tam multi variique recessus, quos hinc ex limine cerno, lustrandi sunt?' 'non credo', inquit, 'aedis huius philosophum illum Stagiritem ignarum fuisse, ut qui 20 quae hic sunt Moralibus suis et de republica libris tam optime expresserit.' 'quo', inquam, 'modo?' 'nam ultra hanc', inquit, 'quam conspicis aedem forum quoddam est perstrepens ingenti hominum sycophantarum clamore usque ad ravim: etenim in lite iudices sunt cum actoribus, hi cum reis, rei cum patronis et advocatis, hi rursus cum illis aliis et singuli 25 quique cum omnibus, unius pecuniae causa. illuc ii evadunt qui per hanc latam non admissi ianuam, totam ipsam aedem extrinsecus ambientes per posticulum tandem sese coniciunt, arbitrantes fore ut in hoc verum legum, iuris, aequitatis domicilium illac ingressi perveniant. quin et sunt nonnulli qui, admissi quidem ad sacram hanc visendam, interdum quoque 30 inhabitandam aedem, cum altius conscenderunt, semitas quasdam inveniunt, quae tametsi aliis conformes principio esse videantur, perducunt tamen laevorsum in hoc quod modo dixi forum, tamquam in feti-

5 (iudices . . . ius dicentes) *Varro ling. 6, 61* || **9** (Bocchyris) ***Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 414 = LB II, 629D–630A*** || **9–10** (stachane . . . aequior) ***Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 14 = LB II, 15E–F*** || **10** (iustitiae antistes) ***Gell. 14, 4, 3*** || **13** (Solon) ***v. p. 25, 3*** | (Salaminius) ***cf. Plut. Sol. 8–10*** | (Anacharsis) ***Plut. Sol. 5, 2; Val. Max. 7, 2, 14 ext.*** || **14** (dixisti) ***v. p. 25, 5*** || **20** (Stagiritem) ***e. g. Aristot. Eth. Nic. 5, 10 (1137a–1138a); Pol. 3, 15–16 (1286a et 1287b)*** || **24** (usque ad ravim) ***Plaut. Aul. 336***

5 dicentes **L** (*v. Varronem ling. 6, 61*) iudicentes **B** indicentes **V** || **6** iuris **L** iure **BV** || **9** is Aegyptius **L** Aegyptius **BV** | Bocchyris **LBV** *Erasm.* (*v. app. fontium*); *cf. RE III 666–667: = Βόκχορις, Βόχχωρις, Βόχορος* || **13** Salaminius **BV** Salaminus **L**

dissimam sentinam, nec facile ipsam in aedem reducunt. nam eis putris illa et corrupta pecunia amaracinum olet atque balsamum; et lucri suavissimum odorem esse putant ex re qualibet, vel ex lotio (ut Vespasianus imperator, qui ex urina vectigal commentus est). hac isti, errore 5 semitarum falsi, iter arripiunt atque illuc deferuntur.

Hanc viam plerumque, et cum convivaremur recta et inter fabulandum 18 cum senioribus festis diebus Vacunae, accepi vocari summi iuris; cui verbo quidam confestim varia subdebant proverbia: alii summam esse malitiam, alii summam iniuriam, alii summam crucem. eam viam procul 10 abesse dicebant ab aequo et bono: iccirco non in veram legum aedem remittere semel per ipsam ingressum, sed in forum eicere litigiosum.

Tum nonnulli animum levantes rogabant me quidnam de hac aede 19 deque illo foro sentirem; et ut aliquid dicerem comiter provocabant. ego videri mihi respondi litem et amicitiam nostrorum poetarum, seu si mal-15 lent Empedoclis (quem philosophum quem poetam appellarent, ut liberet): ita hoc nostrum contubernium sacram amicitiam esse, illos vero clamores carnificinam litigii. hic subridens adiecit quidam: 'et dixisses potius, atriensis pater, argentificinam quam carnificinam.' memini hic indignari plerosque, quod forum illud nullus ingredi posset quamlibet indutus et ornatus, 20 quin, tamquam si in praedones incidisset, abiret nudus; esseque iam illud tritum hominum sermone proverbium, oculis praesentiorem nullam esse medicinam, quam si advocatum causidicumque nullum umquam videas; eos piscatores iam vulgo vocari, quod callidissime mille fraudibus versutiisque omne hominum genus expiscentur atque ita desquamatos 25 domum remittant leviores glabrioresque quibusvis anguillis atque murenis, ita exdorsuatos, ut non sit magis conger cum estur. verum quod cum primis miserabile est: id eis interdum nondum satis esse videtur. integros ipsos homines cum suo victu et vestitu degluttiunt. itaque prima consultatione de occludenda illa quae ad lites ducit via, obsaepiendo 30 etiam postico conscelerato, demoliendoque, si fieri potest, foro ipso toto et in perpetuum tollendo se deliberare velle aiebant. nondum proximum illud concilium habitum est; magno id ego desiderio exspecto. quam vereor ne numquam habeatur!'

3 (Vespasianus) *Suet. Vesp. 23* || **8** (proverbia) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 254 = LB II, 374D–375A* || **9** (malitiam) *Ter. Haut. 796 (laud. ab Erasmo); Hier. epist. 1, 14 (non laud. ab Erasmo)* | (iniuriam) *Cic. off. 1, 33 (laud. ab Erasmo)* | (crucem) *Colum. 1, 7, 2 (laud. ab Erasmo)* || **15** (Empedoclis) *e. g. Aristot. Phys. 8, 1 (252a); Diog. Laert. 8, 76* | (quem philosophum ... liberet) *e. g. Lact. inst. 2, 14, 4* || **18** (argentificinam) *haec vox non legitur in Thes.; v. insuper quae scripsit Varro ling. 8, 62* || **24–26** (desquamatos ... estur) *Plaut. Aul. 398–402*

10 iccirco **L** idcirco **BV** || **13** provocabant **V** provocabat **LB** || **25** leviores *scr.* leniores **LBV** || **28** degluttiunt *scr.* deglubunt **LBV**

20 Hic ego: 'melius', inquam, 'pater, sperandum est. nam mihi humana ingenia magis in dies magisque relictas a patribus tenebras excutere videntur et ad lucem illam avorum aspirare. sed quid istud est, quod de aequo bonoque modo dixisti? nam apud Aristotelem, voce licet Graeca, simile tamen quiddam mihi legisse videor.' 'est', inquit ille, 'iuris legumque regula et via.' 'et quae tandem ista', inquam, 'est?' tum ille: 'ausculta', inquit, 'senem illum Celsum in atrio ipso exserte clamantem, contubernales suos iudicesque omnes magna voce admonentem, videant, provideant, suspiciant, despiciant, circumspiciant, introspiciant, custodiant semper, ne delirent, ne aberrent a iuris via atque adeo ab ipsa legis lege, quod est bonum et aequum.'

21 'Quid', inquam, 'hic audio? nonne ego bene suspicatus sum te de Aristotelis epiicia loqui? et quam multa ex illo nostro Peripatetico sene de hoc aequo et bono tecum disserere vellem, quam multa etiam ex monumentis eorum qui humani divinique iuris consultissimi fuere, nisi vererer ne ego, qui e foribus solum (ut vides) leges salutavi, alieno decore conspicuus exsistam ac

> 'ne, si forte suas repetitum venerit olim
> grex avium plumas, moveat cornicula risum,
> furtivis nudata coloribus.'

itaque intra pelliculam meam me continebo et paucis verbis quid Aristoteles de hoc bono et aequo in volumine Ethicorum quinto sentiat disseram, quamlibet faciam inepte, quin *γλαῦκας εἰς Ἀθήνας*; sed dicam tamen, nisi quid forsan tu aliud es acturus.' 'ego', inquit ille, 'ubi a rabulis et importunis illis quiritatoribus me explicui, nihil quod aliud nunc agam habeo; nam feriae hodie sunt; ac nescio, etsi haberem quidem, an aliud agerem libentius.'

22 Tum ego: '*ἐπιείκεια* hoc aequum et bonum unico Aristoteles appellat vocabulo; quam dicit non id ius esse aut eam legem quae sit scripta et expressa, sed legis emendationem atque interpretationem. sunt enim multa de quibus legis lator praecipere non potest. ea iudex, qui legum personam gerit atque sustinet, viderit flectatque legem ut exigit rei qua de agitur natura, quemadmodum et Lesbii fabri suam illam plumbeam

4 (Aristotelem) *Eth. Nic. 5, 10 (1137a–1138a)* || **7** (Celsum) *verba quae a Vive Celso adscribuntur sunt quasi paraphrasis definitionis iuris celeberrimae quam Vlp. e Celso laudat in Dig. 1, 1, 1 pr.* || **13** (epiicia) *Aristot. Eth. Nic. 5, 10 (1137a–1138a)* || **18–20** (ne, si ... coloribus) *Hor. epist. 1, 3, 18–20* || **21** (intra ... continebo) *Mart. 3, 16, 6* || **22** (in volumine ... quinto) *Aristot. Eth. Nic. 5, 10 (1137a–1138a)* || **23** (*γλαῦκας εἰς Ἀθήνας*) *Erasm. adag. ed. Frob. 1517–1518, p. 52–53 = LB II, 72A–D* || **28**–p. 29, **10** (*ἐπιείκεια* ... dictum est) *Aristot. Eth. Nic. 5, 10 (1137a–1138a)*

16 e **L** a **BV** (*fortasse recte*) || **32. 33** qua de **L** de qua **BV**

normam (quae, siquidem est ex flectilis metalli lamina, ad cuiusvis structurae rationem facile aptatur), neque velit semper ius summum sequi, quae saepissime summa iniuria est, sed ipsi naturae normae (ad quam, ut dixisti, leges omnes conditae, directae ac formatae sunt) sese
5 accommodet. videat quid ipse legis lator diceret, si adesset. neque vero aut parum rectam aut iniquam fore protinus legem credat; quippe nec peccatum in illa nec in suo conditore, sed in ipsius rei natura erit, quae tam varia, tam multiformis est, tam late patens, ut certis limitibus concludi ac definiri tota nequeat. idcirco recte iuris normam aequum
10 bonumque esse dictum est. hoc enim in cuiuscumque modi legibus constituendis prudentes legum latores sibi caput ac mentem esse volunt. sunt enim innumerarum litium incitamenta et fomites, non solum orationatim ac dictionatim, sed syllabatim etiam litteratimque (ut quidam faciunt) persequi ac mordicus tenere leges velle, et non potius ad
15 ipsam legum viam, normam, rationem, legem, mentem, sensum, spiritum, animum, vitam quamprimum recurrere, quod est aequum et bonum.

Quocirca mihi Servium Sulpicium Cicero summe illis verbis laudare **23** videtur, quibus eum in legatione vita functum commendat: 'nec vero silebitur', inquit, 'admirabilis quaedam et incredibilis et paene divina
20 ⟨eius⟩ in legibus interpretandis, aequitate explicandis scientia; omnes enim qui ex omni aetate hac in civitate intelligentiam iuris habuerunt, si in unum locum conferantur, cum Servio Sulpicio non sunt comparandi; neque enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit; itaque quae proficiscebantur a legibus et a iure civili semper ad facilitatem aequita-
25 temque referebat neque constituere litium actiones malebat quam controversias tollere.'

Haec in nona adversus M. Antonium actione Cicero. quo sermone mea **24** quidem sententia Sulpicius impense laudatur, cum non nisi magnorum maximeque praestantium ingeniorum sit illam iuris aequitatem invenire.
30 et haud scio an minoris sit quam legem condere. ego sane prudentiae maioris existimarem omnia iuxta loca, tempora, personas, res denique

18–26 (nec vero ... tollere) *Cic. Phil. 9, 10–11*

1 flectilis **LB**; *quae vox, etsi non invenitur in Thes., tamen servari potest mea sententia* flexilis **V** || **4** ac formatae **BV** afformatae **L** || **15** viam **L** (*v. lin. 16*) vitam **BV** || **16** vitam **L** (*v. lin. 15*) viam **BV** || **18** commendat **LV** commendant **B** || **19** et paene **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Wuilleumier*) ac paene *Cic.* || **20** eius *ins. ex Cic.* | explicandis **LBV** explicanda *Cic.* || **20.21** omnes enim qui ex omni aetate **LBV** omnes ex omni aetate qui *Cic.* || **21** hac in **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Wuilleumier*) in hac *Cic.* || **22** in unum **LBV** unum in *Cic.* | sunt **LBV** sint *Cic.* || **23** neque **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Wuilleumier*) nec *Cic.* | itaque quae **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Wuilleumier*) ita ea quae *Cic.* || **24** a iure **LBV** ab iure *Cic.* || **25** constituere **LBV** *pars codd. Cic.* (*v. ed. Wuilleumier*) instituere *Cic.* || **29** invenire **LV** inveniri **B**

ipsas perpendere ac metiri, et non semel, ut legum conditores fecere, sed quotidie novas leges mira aequitate invenire ac ferre. atque hoc quidem est quod Aristoteles in libris de republica sentit, cum gubernari felicius civitatem ait ab optimo viro quam ab optima lege.'

25 Haec cum dixissem, rogavit me atriensis ingredine vellem. abnui per 5 id temporis; promisi tamen brevi me simul liberatiorem morbo, simul maiore cum otio rediturum, ut totam ipsam ex antistitum voluntate perlustrem aedem eosque omnes noscam qui illam inhabitant; quod est opus sane non unius aut alterius horulae. ille vale facto intro se recepit foresque ambobus pessulis occlusit, ne quis se inscio aedem intret. 10

Aedis legum finis.

3 (Aristoteles) *Pol. 3, 15–16 (1286a et 1287b)* || **10** (foresque . . . occlusit) *Plaut. Aul. 103–104*

INDEX NOMINVM

Aborigines aed. 11
Accursius aed. 7
Aegyptii praef. 19
Aegyptus praef. 19
Aemilius, M. — Scaurus praef. 27
Aeneas aed. 11
Aesar aed. 7
Afranius, L. praef. 36
agraria lex praef. 33
Anacharsis aed. 16
Angelus Aretinus aed. 7
Antonius, C. — Hybrida praef. 31
Antonius, M. (orator) praef. 31
Antonius, M. (triumvir) praef. 35; 36; 37; aed. 24
Apollo praef. 21
Aratus praef. 29
Arcades praef. 19
Archytas praef. 21
Argus praef. 19
Aristippus Cyrenaicus praef. 8
Aristo praef. 12
Aristoteles praef. 2; 5; 11; 19; 28; aed. 13; 17; 20; 21; 22; 24
Arpinum praef. 27
Asia praef. 34; 35
Athenae aed. 21
Athenienses leges praef. 19
Attilius, C. — Sarranus praef. 27

Baldus aed. 7
Bartolus aed. 7
Bibulus *v.* Calpurnius
Bocchyris aed. 16
Brutus *v.* Iunius

Caecilius, M. — Metellus praef. 31
Caecilius, Q. — Metellus Creticus praef. 31
Caecilius. Q. — Metellus Pius Scipio praef. 36
Caepio *v.* Servilius
Caesar *v.* Iulius
Callipho praef. 9
Calpurnius, M. — Bibulus praef. 36
Cassius, C. — Longinus praef. 37
Cassius, L. — Longinus praef. 31
Catilina *v.* Sergius
Catius, Ti. — Silius Italicus praef. 25; 27
Cato *v.* Porcius
Catuli praef. 30
Catulus *v.* Lutatius
Celsus *v.* Iuventius
Charondas praef. 19
Christus praef. 22; 24
Chrysippus aed. 15
Cicero *v.* Tullius
Claudius, Appius — Pulcher praef. 36
Claudius, M. — Marcellus praef. 36
Clodius, P. — Pulcher praef. 37
Cornelius, L. — Sulla praef. 30; 34
Cornelius, P. — Lentulus Spinther praef. 36
Cornelius, P. — Scipio Nasica praef. 36
Cornificius, Q. praef. 31
Crassus *v.* Licinius

Daedala aed. 8
Demosthenes praef. 28
Dionysius Syracusanus (iunior) praef. 19
Domitius, L. — Ahenobarbus praef. 36
Domitius Vlpianus epist. 1
Dores aed. 16
Draco praef. 19

Eleutherocilices praef. 34
Eleuchencilici *v.* Eleutherocilices
Empedocles aed. 19
Ennius, Q. praef. 29
Epicurus praef. 8
Euander aed. 11
Eudoxus Gnidius praef. 8; 19

Fabius, M. — Quintilianus praef. 9
Fauni aed. 11
Flavius, T. — Vespasianus aed. 17
Formianum praef. 36
Fugia aed. 10
Furiae praef. 3

Ganges praef. 25
Gnidiae leges praef. 19
Graecia aed. 15
Gratiae aed. 12

Herennius, C. praef. 24
Herillus praef. 12
Hieronymus Rhodius praef. 8
Hortensius, Q. — Hortalus praef. 31; 36

Iesus praef. 22; 24
Immolanus, Ioannes aed. 7
Indi praef. 25
Iulius, C. — Caesar praef. 31; 35; 37
Iunius, D. — Brutus praef. 37
Iunius, M. — Brutus praef. 16; 37
Iunius, D. — Iuvenalis praef. 29
Iuno praef. 22
Iuppiter praef. 22
Iustitia epist. 4
Iuvenalis *v.* Iunius
Iuventius, P. — Celsus (filius) aed. 20

Lacedaemoniae leges praef. 19
Lavinium aed. 11
Lentulus *v.* Cornelius
Lesbii fabri aed. 22
Licinius, C. — Sacerdos praef. 31
Licinius, L. — Crassus praef. 37; aed. 13
Licinius, M. — Crassus (triumvir) praef. 31
Locrenses leges praef. 19
Lovanium epist. 5; praef. 21
Lucilius, C. praef. 29
Lucretius, T. — Carus praef. 8; 29
Lutatius, Q. — Catulus praef. 36
Lycurgus praef. 19

Macrobius, Ambrosius — Theodosius praef. 18
Manlius Torquatus, L. aed. 7
Marcellus *v.* Claudius
Maria praef. 22
Meledimus praef. 18
Meledinus *v.* Meledimus
Menedemus *v.* Meledimus
Mercurius praef. 19
Metellus *v.* Caecilius
Mucius, Q. — Scaevola (pontifex) praef. 16
Musae aed. 12

Paracletus praef. 24
Parisii praef. 21
Parthi praef. 34
Philippus Macedo aed. 15
Plato praef. 18; 19; 21; 27; 28; aed. 1
Plinius, C. — Secundus praef. 23
Polemon praef. 9
Pompeius, Cn. — Magnus praef. 33; 36
Pompeius, Sex. — Magnus praef. 37
Pontius, Martinus epist. (tit.); epist. 1; 4; aed. (tit.)
Porcius, M. — Cato Censorius praef. 27; 34; aed. 14; 16
Porcius, M. — Cato Vticensis praef. 36
Pyrrhaei praef. 19
Pyrrho praef. 12
Pythagoras praef. 19

Quintilianus *v.* Fabius

Roscius, Sex. — Amerinus praef. 30

Salius frater aed. 11
Scaevola *v.* Mucius
Scauri praef. 30
Scipio *v.* Caecilius; Cornelius
Scythia praef. 25
Seleucus *v.* Zeleucus
Sergius, L. — Catilina praef. 31; 33; 37
Servilius, P. — Rullus praef. 33
Servilius, P. — Vatia Isauricus praef. 36
Servilius, Q. — Caepio praef. 27
Silius Italicus *v.* Catius
Socrates praef. 21
Solon praef. 19; aed. 14; 16
Stagiritae praef. 19
Stoici praef. 10
Sulla *v.* Cornelius
Sulpicius, P. — Galba praef. 31
Sulpicius, Ser. — Rufus praef. 16; 36; aed. 23; 24
Syracusanae leges praef. 19
Syria praef. 33

Tebarani praef. 34
Terentius, P. — Afer praef. 11
Thebani praef. 19
Theut praef. 19
Thoth *v.* Theut
Thuriae leges praef. 19
Timon praef. 3
Titius sodalis aed. 11
Tullius, M. — Cicero epist. 2; praef. (tit.); praef. 16; 18; 19; 20; 22; 23; 24; 25; 26; 27; 28; 30; 31; 32; 34; 35; 37; praef. (col.); aed. 11; 13; 23; 24
Tullius, Q. — Cicero praef. 18

Tutanus aed. 10
Tutilina aed. 10

Vacuna aed. 18
Valentia Edetanorum aed. 1
Vergilius, P. – Maro praef. 29
Verres, C. praef. 31
Vespasianus v. Flavius
Vlpianus v. Domitius
Volsci praef. 27

Zaleucus v. Zeleucus
Zeleucus praef. 19
Zeno praef. 10

INDEX LOCORVM

Locos laudatos ex Non., Paul. Fest. et sim. ad interpretandam orationem senis non recensui.

Aristoteles
Eth. Nic. 1, 2: praef. 6; aed. 13
Eth. Nic. 1, 12: praef. 8
Eth. Nic. 3, 3: praef. 5
Eth. Nic. 5, 7: praef. 2
Eth. Nic. 5, 10: aed. 17; 20; 21; 22
Eth. Nic. 10, 2: praef. 8
Phys. 8, 1: aed. 19
Pol. 2, 8: praef. 19
Pol. 2, 12: praef. 19
Pol. 3, 15–16: aed. 17; 24
Asconius Pedianus
Scaur. p. 22: praef. 27
tog. cand. p. 82: praef. 31; 32
Ausonius
128, 8 Prete: aed. 5

Cassiodorus
chron. II p. 132, 459: praef. 27
Celsus v. Dig.
Cicero
ac. post. 1, 15: praef. 21
Att. 1, 16, 12: aed. 15
Att. 7, 5, 3: praef. 27
Att. 13, 42, 2: praef. 27
Brut. 139: praef. 31
Brut. 152–153: praef. 16
Brut. 319: praef. 31
Cael. 4: praef. 31
Catil. 3, 15: praef. 33
de orat. 1, 193–194: aed. 13
de orat. 1, 193: aed. 11
de orat. 3, 8: praef. 37
de orat. 3, 139: praef. 19
fam. 2, 10, 3: praef. 35
fam. 15, 4: praef. 34
fam. 15, 4, 1: praef. 34
fam. 15, 4, 10: praef. 34
fam. 15, 4, 13: praef. 35
fam. 15, 5, 2: praef. 35
fam. 15, 6, 2: praef. 35
fam. 16, 11, 3: praef. 35
fin. 1, 23: praef. 8
fin. 1, 29: praef. 8
fin. 1, 42: praef. 6
fin. 2, 6: praef. 8
fin. 2, 19: praef. 8; 9
fin. 2, 32: praef. 8
fin. 2, 34–38: praef. 10
fin. 2, 34–35: praef. 9
fin. 2, 34: praef. 9
fin. 2, 40: praef. 8
fin. 2, 45: praef. 21; aed. 1
fin. 2, 68: praef. 10
fin. 3, 26: praef. 6; 10
fin. 3, 50sq.: praef. 10
fin. 4, 71–72: praef. 10
fin. 5, 9: praef. 14
fin. 5, 12: praef. 6
fin. 5, 14: praef. 9
fin. 5, 21: praef. 9
fin. 5, 23: praef. 12
fin. 5, 24: praef. 6
fin. 5, 73: praef. 9
leg. 1, 1–2: praef. 29
leg. 1, 3: praef. 27
leg. 1, 18–19: aed. 3
leg. 1, 23: aed. 3
leg. 1, 33: aed. 3
leg. 1, 42: aed. 3
leg. 1, 55: epist. 2
leg. 2, 8: aed. 3

leg. 2, 9: aed. 3
leg. 3, 2: aed. 15
leg. 3, 3: aed. 13
leg. 3, 12: praef. 18
nat. deor. 3, 56: praef. 19
off. 1, 22: praef. 21; aed. 1
off. 1, 33: aed. 18
off. 1, 77: praef. 29
off. 2, 51: praef. 30
Phil. 2, 12: praef. 33
Phil. 9, 10–11: aed. 23
Phil. 9, 10: epist. 4
Pis. 3: praef. 32
Pis. 4: praef. 33
Pis. 6: praef. 33
Pis. 72: praef. 29
rep. 6, 9: aed. 1
rep. 6, 13: aed. 1
S. Rosc. 1: praef. 1
Tusc. 5, 5: praef. 17
Tusc. 5, 10: praef. 21
Verr. 1, 18sq.: praef. 31
Verr. 1, 20: praef. 31
Verr. 1, 21: praef. 31

Claudianus
16, 261–265: aed. 12

Codex Iustinianus
1, 17, 1, 5: epist. 2
1, 17, 2, 20: epist. 2

Columella
1, 7, 2: aed. 18

Digesta
1, 1, 1 pr. (Vlp. — Cels.): aed. 20
1, 1, 1, 1 (Vlp.): epist. 1

Diodorus Siculus
12, 11–19: praef. 19

Diogenes Laertius
2, 21: praef. 21
2, 27: praef. 8
2, 37: praef. 21
2, 74: praef. 8
3, 23: praef. 19
5, 4: praef. 19
7, 5: praef. 10
8, 3: praef. 19
8, 76: aed. 19
8, 86–87: praef. 8
8, 88: praef. 8; 19
8, 91: praef. 19

Erasmus
adag. LB II, 15E–F: aed. 16
adag. LB II, 72A–D: aed. 21
adag. LB II, 164B–165B: aed. 11
adag. LB II, 228A–C: epist. 1
adag. LB II, 268C–269B: aed. 16
adag. LB II, 269B–D: aed. 15
adag. LB II, 343E–344E: aed. 7
adag. LB II, 347D–F: praef. 29
adag. LB II, 374D–375A: aed. 18
adag. LB II, 624A–B: aed. 15
adag. LB II, 629D–630A: aed. 16

Gellius
5, 6, 15: praef. 33
14, 4: aed. 15
14, 4, 3: epist. 4; aed. 16
15, 7, 1–2: praef. 37
15, 28, 2: praef. 30
15, 28, 3: praef. 27

Hieronymus
epist. 1, 14: aed. 18
epist. 52, 8: praef. 28

Horatius
epist. 1, 3, 18–20: aed. 21

Iuvenalis
10, 122–126: praef. 29

Lactantius
inst. 2, 12, 4: aed. 19

Livius
2, 41: praef. 33
8, 7, 22: aed. 7
perioch. 111: praef. 34

Lucretius
2, 14–19: praef. 8

Macrobius
somn. 1, 1, 1: praef. 18

Martialis
1, 4, 2: aed. 5
3, 16, 6: aed. 21

Ovidius
met. 1, 414–415: aed. 8

Persius
3, 30: praef. 13

Plato
apol.: praef. 21
epist. 7: praef. 19
epist. 9: praef. 21; aed. 1
rep. 5, 19: praef. 27

Plautus
Aul. 103–104: aed. 25
Aul. 336: aed. 17

Aul. 398–402: aed. 19
Bacch. 114: aed. 5
Plinius
nat. 7, 117: praef. 33; 35
nat. 22, 13: praef. 33
nat. 35, 84–85: epist. 1
nat. 36, 49: aed. 2
nat. 36, 55: aed. 2
nat. 36, 57: aed. 2
nat. 36, 58: aed. 2
nat. 36, 59–60: aed. 2
nat. praef. 22: praef. 23
Plutarchus
adv. Colot. 32: praef. 19
Ant. 17, 1: praef. 35
Cat. Ma. 1, 1–2: praef. 27
Cic. 1, 1: praef. 27
Cic. 1, 3: praef. 30
Cic. 2, 3–4: praef. 29
Cic. 2, 3: praef. 27
Cic. 3, 1: praef. 34
Cic. 11, 2: praef. 31
Cic. 12: praef. 33
Cic. 23, 3: praef. 33
Cic. 37, 1: praef. 35
comp. Demosth. Cic.: praef. 28
comp. Demosth. Cic. 2, 2: praef. 29
Demosth. 3, 1–3: praef. 28
Sol. 5, 2: aed. 14; 16
Sol. 8–10: aed. 16

Quintilianus
inst. 10, 1, 106sq.: praef. 28
inst. 10, 1, 108: praef. 28
inst. 10, 1, 109: praef. 28
inst. 10, 1, 123: praef. 28
inst. 11, 1, 24: praef. 29
inst. 11, 1, 28: praef. 31
inst. 12, 11, 12–13: praef. 9

Sallustius
Catil. 23, 6: praef. 31
Ps. Sall. in Tull. 6: praef. 29
Seneca
suas. 6, 17: praef. 36
Silius Italicus
8, 404–405: praef. 27
8, 408–411: praef. 25
Suetonius
Vesp. 23: aed. 17

Tacitus
dial. 21: praef. 29
Terentius
Haut. 196: praef. 11
Haut. 796: aed. 18

Valerius Maximus
7, 2, 14 (ext.): aed. 16
Varro
ling. 6, 61: aed. 16
Velleius Paterculus
2, 53, 4: praef. 27
Vitruvius
1, 2, 2: epist. 2
Vlpianus *v.* Dig.